

Medizinische Texte

- a) **Der Eid des Hippokrates** (griech. Arzt, ca. 460-377 v.Chr., Insel Kos, Begründer der wissenschaftlichen Medizin; der Eid ist ca. 400 v.Chr. entstanden, wahrscheinlich nicht von Hippokrates verfasst, doch seine Grundhaltung wird hier wieder gegeben. Auf Beobachtung u. Erfahrung war die Medizin der Anhänger von H. begründet. Wer Arzt werden wollte, ging zu einem berühmten Meister in die Lehre. Dieser bildete ihn dann theoretisch u. praktisch aus u. machte mit dem Lehrling einen Vertrag.



Der folg. Text ist <http://www.loyns.de/pflege/library/teid.htm> entnommen.

Ὅμῳ Ἀπόλλωνα Ἴητρον καὶ Ἀσκληπιὸν καὶ Ὑγίαν καὶ Πανάκειον καὶ θεοὺς πάντας τε καὶ πάσας ἱστορίας ποιούμενος ἐπιτελέα ποιήσῃς κατὰ δύνάμιν καὶ κρίσιν ἐμήν ὄρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε· ἠγήσασθαι τε τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα γενέτησιν ἐμοῖσιν καὶ βίου κοινώσασθαι καὶ χρεῶν χρηρίζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι καὶ γένος τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀδελφεοῖς ἴσον ἐπικρινέειν ἄρρεσι καὶ διδάξῃς τὴν τέχνην ταύτην, ἣν χρηρίζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς, παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος καὶ τῆς λοιπῆς ἀπάσης μαθήσιος μετάδοσιν ποιήσασθαι υἱοῖσί τε ἐμοῖσι καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε καὶ ὠρκισμένοις νόμῳ ἱητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί.

διατηρήμασί τε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύνάμιν καὶ κρίσιν ἐμήν· ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν.

οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον οὐδὲ ὑψηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε· ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πρῶτον φθόριον δώσω·

ἄγνωσ δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον ἐμὸν καὶ τέχνην ἐμήν.

οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας, ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτησιν ἀνδράσιν πρήξιος τῆσδε.

ἐς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν εἶσω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων ἐκτὸς ἑὼν πάσης ἀδικίης ἐκουσίης καὶ φθορίας τῆς τε ἄλλης καὶ ἀφραδισίων ἔργων ἐπὶ τε γυναικείων σωματίων καὶ ἀνδρείων ἐλευθέρων τε καὶ δούλων.

ἃ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω ἢ ἀκούσω ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρὴ ποτε ἐκλαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι ἄρρητα ἠγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα.

ὄρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι καὶ μὴ ξυγχέοντι εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐς τὸν αἰεὶ χρόνον, παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπινοκοῦντι τάναντία τουτέων.

(Übers. des griech. Textes durch Janus Cornarius (Johann Hagebut) ins Lateinische, *1500, †1558)

- 1) Apollinem medicum et Aesculapium Hygeamque ac Panaceam iuro deosque omnes itemque deas testes facio me hoc ius iurandum et hanc contestationem pro viribus et iudicio meo integre servaturum esse:
- 2) Praeceptorem, qui me hanc edocuit artem, parentum loco habiturum, vitam communicaturum eaque, quibus opus habuerit, impertiturum; eos hanc item, qui ex eo nati sunt, pro fratribus masculis iudicaturum

artemque hanc, si discere voluerit, absque mercede et pacto edoctorum, praeceptionum ac auditionum reliquaeque totius disciplinae participes facturum, tum meos, tum praeceptoris mei filios, immo et discipulos, qui mihi scripto caverint et medico iure iurando addicti fuerint, alium vero praeter hos nullum.

- 3) Ceterum quod ad aegros attinet sanandos, diaetam ipsis constitutam pro facultate et iudicio meo commodam, omneque detrimentum et iniuriam ab eis prohibebo.
- 4) Neque vero ullius preces apud me adeo validae erunt, ut cuiquam venenum sim propinaturus neque etiam ad hanc rem consilium dabo. Similiter autem neque mulieri talum vulvae subditicium ad corrumpendum conceptum vel fetum dabo.
- 5) Porro caste et sancte vitam et artem meam conservabo.
- 6) Nec vero calculo laborantes secabo, sed viris chirurgiae operariis eius rei faciendae locum dabo.
- 7) In quascumque autem domus ingrediar, ob utilitatem aegrotantium intra-bo, ab omni iniuria voluntaria inferenda et corruptione cum alia, tum praesertim operum veneriorum abstinebo, sive muliebria sive virilia, liberorumve hominum aut servorum corpora mihi contigerint curanda.
- 8) Quaecumque vero inter curandum videro aut audivero, immo etiam ad medicandum non adhibitus in communi hominum vita cognovero, ea, siquidem efferre non contulerit, tacebo et tamquam arcana apud me continebo.
- 9) Hoc igitur ius iurandum mihi integre servanti et non confundenti contingat et vita et arte feliciter frui et apud omnes homines in perpetuum gloriam meam celebrari.
- 10) Transgredienti autem et peieranti his contraria eveniant.

Vokabelhilfen:

- 1) Apollo, inis m. – Apollo, Gott der Heilkunst; iurare Apollinem – bei Apoll schwören
Aesculapius, I m. (gr. Asklepios) – Sohn Apolls, Schutzherr der Heilkunst
Hygea, ae f. (gr. Hygieia = „Gesundheit“) und Panacea, ae f. (gr. Panakeia – „Allheilerin“) sind Töchter von Asklepios
item – ebenso
testis, is m. – Zeuge
iusiurandum, i n. – Eid
contestatio, onis f. – Bezeugung, Versicherung, feierliche Erklärung
pro + Abl. – für, entsprechend
integer, integra, -um – unverändert, vollständig
- 2) praeceptor, is m. – Lehrer
edoceo 2. – (systematisch) lehren

impertio 4. – mitteilen
absque – ohne

pactum, i n. – Vertrag
 auditio, onis f. – Vorlesung, Vortrag
 disciplina, ae f. – Fach, Lehre
 participem facio 3. – Anteil geben an
 tum...tum – sowohl ... als auch
 immo et – ja auch
 scripto caveo 2. – sich schriftlich verpflichten
 medicus 3 – ärztlich
 addictus 3 – zugesprochen, ergeben, verpflichtet
 3) ceterum – ferner
 attineo 2. ad – betreffen
 diaeta, ae f. – Verordnung
 constituo 3. – festsetzen
 commodus 3 – angemessen, zweckmäßig
 detrimentum, i n. – Schaden
 4) validus 3 – wirksam
 quispiam – jemand
 venenum, i n. – Gift
 propino 1. – zu trinken geben, eingeben
 talus, i m. – Stäbchen (das in die Vagina eingeführt wurde)
 vulva, ae f. – Gebärmutter
 subditicius 3 + Dativ – einführbar in
 corrumpo 3.– vernichten, zerstören
 conceptus us m.. – Empfängnis
 fetus, us m. – Leibesfrucht, Fötus
 5) porro – weiter, ferner
 castus 3 – uneigennützig, gewissenhaft
 sanctus 3 – fromm, unversehrt, lauter
 6) calculo laboro 1. – an Nieren-/Blasenstein leiden
 vir chirurgiae operarius – Chirurg
 locus, i m. – Ort; Gelegenheit
 7) ingredior 3. – eintreten, betreten
 utilitas, atis f. – Nutzen
 aegroto 1. – krank sein
 intro 1. – hineingehen
 voluntarius 3 – vorsätzlich
 infero, inferre, - hineintragen
 corruptio, onis f. – Schädigung
 alia erg. iniuria
 praesertim – besonders
 opera veneria – sexuelle Handlungen
 muliebris, e – weiblich
 virilis, e – männlich
 contingo 3. – zufallen
 8) quicumque – wer auch immer
 ad medicandum – zur ärztlichen Behandlung
 adhibeo 2. – hinzuziehen
 siquidem – wenn jedenfalls, wenn anders

effero, efferre, – bekannt machen, ausplaudern
 confert – es ist zuträglich, man darf
 tamquam – gleichsam, wie

arcanum, i n. – Geheimnis

9) confundo 3. – verletzen, durcheinander bringen, verletzen

fruo 3. + Abl. – genießen, anwenden

perpetuus 3 – dauernd

celebro 1. – verbreiten, verherrlichen

10) transgredior 3. – übertreten

peiero 1. – falsch schwören, meineidig werden, den Eid brechen

contrarius 3 – entgegengesetzt.

b) Marcus Porcius Cato(234-149)

http://www.judithmathes.de/rom/republik/cato_censorius.htm schreibt über die Ärzte nicht viel Gutes. Es waren z. gr. T. griech. Ärzte in Rom.

c) Epigramm von Euricius Cordus (1486-1535)

**Trés medicús faciés habet; únam, cuándo rogátur,
 ángelicám; mox ést, //cúm iuvat, ípse Deús,
 póst, ubi cúrató poscít sua práemia mórbo,
 hórridus ápparét //térribilísque Satán.**

Vokabelhilfen:

facies, ei f. – Gesicht

quando – wenn

angelicus 3 – engelgleich

cum – (jedes Mal) wenn

post (Adv.) – später

ubi – wenn

curato...morbo – abl. abs. “nach geheilter Krankheit”

posco 3. – fordern

horridus 3 – schauerlich

terribilis, e - schrecklich

d) Epigramme von Martialis

- **Óplomachús nunc és, fuerás ophálmicus ánte.
 Fécistí medicús, // quód facis óplomachús. (VIII,74)**

Vokabelangaben:

oplomachus, i m. – Gladiator

op(h)thalmicus, i m. – Augenarzt

ante - vorher

- **Núper erát medicús, nunc ést vispílló Díáulus:**

Quód vispílló facít, // fécerat ét medicús.

Vokabelangaben:

nuper-neulich

vispillo, onis m. - Totengräber

- **Léniat ut faucés medicús, quas áspera véxat
ássidué tussís, //Párthenopáee, tibi,
mélla darí nucleósque iubét dulcésque placéntas
ét quidquíd puerós// nón sinit ésse trucés.
Át tu nón cessás totís tussíre díebus.
Nón est háec tussís, // Párthenopáee, gulá est. (XI 86)**

Zum Doktor hat es dich getrieben, weil dich ein böser Husten quält.

Er hat dir Kandis, Honig und Lakritzensaft verschrieben

und Lollis und Bonbons, was alle Kinder lieben,

(denen aber gar nichts fehlt).

Du stopfst dir all das viele Süße tagtäglich in den Wanst.

Daher scheint der Verdacht mir nah zu liegen:

Das Husten macht dir jetzt Vergnügen, weil du nun dauernd lutschen kannst

(Übersetzung von: <http://www.buk.ktn.gv.at/skseberndorf/Aerztelatein.htm>)

e) Cicero: De natura deorum II, 140ff. (De sensibus hominis)

1. Sensus autem interpretes ac nuntii rerum in capite tamquam in arce mirifice ad usus necessarios et facti et conlocati sunt.
2. Nam oculi tamquam speculatores altissimum locum optinent, ex quo plurima conspicientes fungantur suo munere.
3. Et aures, cum sonum percipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae sunt.
4. Itemque nares et, quod omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt et, quod cibi et potionis iudicium magnum earum est, non sine causa vicinitatem oris secutae sunt.
5. . . . Iam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera deberet, habitat in ea parte oris, qua esculentis et posculentis iter natura patefecit.
6. Tactus autem toto corpore aequabiliter fusus est, ut omnes ictus omnesque minimos et frigoris et caloris adpulsus sentire possimus
7. Atque ut in aedificiis architecti avertunt ab oculis naribusque dominorum ea, quae profluentia necessario taetri essent aliquid habitura, sic natura res similis procul amandavit a sensibus.
8. Nasusque ita locatus est ut quasi murus oculis interiectus esse videatur.
9. Auditus autem semper patet; eius enim sensu etiam dormientes egemus; a quo cum sonus est acceptus, etiam e somno excitamur.

10. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et directum pateret; provisum etiam, ut, si qua minima bestiola conaretur intrumpere, in sordibus aurium tamquam in visco inhaeresceret.
11. Extra autem eminent, quae appellantur aures, et regendi causa factae tutandique sensus, et ne adiectae voces laberentur atque errarent, prius quam sensus ab his pulsus esset.
12. Sed duros et quasi corneolos habent introitus multisque cum flexibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus; quocirca et in fidibus testudine resonatur aut cornu, et ex tortuosis locis et inclusis referuntur ampliores.
13. Similiter nares, quae semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere; umoremque semper habent ad pulverem multaque alia depellenda non inutilem.
14. Gustatus praeclare saeptus est; ore enim continetur et ad usum apte et ad incolumitatis custodiam.
15. Omnesque sensus hominum multo antecellunt sensibus bestiarum.
16. Primum enim oculi in his artibus, quarum iudicium est oculorum, in pictis, fictis caelatisque formis, in corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius; colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem et, ut ita dicam, decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora: nam et virtutes et vitia cognoscunt, iratum, propitium, laetantem, dolentem, fortem, ignavum, audacem timidumque cognoscunt.
17. Auriumque item est admirabile quoddam artificiosumque iudicium, quo iudicatur et in vocis et in tibiarum nervorumque cantibus varietas sonorum, intervalla, distinctio, et vocis genera permulta, canorum, fuscum, leve, asperum, grave, acutum, flexibile, durum, quae hominum solum auribus iudicantur.
18. Nariumque item et gustandi et ex parte tangendi magna iudicia sunt.
19. Ad quos sensus capiendos et perfruendos plures etiam, quam vellem, artes repertae sunt; perspicuum est enim, quo compositiones unguentorum, quo ciborum condiciones, quo corporum lenocinia processerint.

Vokabelhilfen:

1. interpres –etis m. – Vermittler/ arx arcis f.- Burg
2. speculator oris m. – Spaeher/ auris is f. – Ohr
3. sonus l m. – Laut / sublime (Adv.) – in der Hoehe

4. nares ium f. – Nase/ odor oris m. – Geruch/ sursum (Adv.) – oben/ potio onis f. – Trank/ vicinitas atis f. – Nachbarschaft/ os, oris n. – Mund, Gesicht
5. gustatus us m. – Geschmack/ vescor 3.,-,- - sich nähren/ qua – wo/ esculentus 3 – essbar/ posculentus 3 – trinkbar/ natura -ae,f - Natur, Wesen
6. tactus us m – Gefühl, Tastsinn/ aequabilis –e gleich(mäßig)/ fundo 3.,fudi,fusum - gießen, hingießen, ausgießen/ ictus -us,m - Stoss, Hieb, Stich/ adpulsus us m – Einwirkung/ frigus -oris,n – Kälte/ calor -oris,m - Wärme
7. architectus -i,m – Architekt/ avertō 3.,averti,aversum - abwenden, ablenken/ profluo 3.,profluxi,- - hervorfließen/ necessario (Adv.)- notgedrungen/ similis ist Akk. Plural/ amando 1. – verweisen/ taeter taetra -um - abscheulich, hässlich/ sensus -us,m - Gefühl, Sinn, Verstand
8. nasus i m. .- Nase / loco 1. - stellen, legen/ intericio 3. ,interieci, interiectum – dazwischenstellen
9. auditus us m. – Gehör(sinn)/ dormio 4. ,dormivi,dormitum – schlafen/ egeo 2., egui , - ,(Abl.) bedürfen/ excito 1. – (auf)wecken
10. flexuosus 3 – voll Krümmungen, gekrümmt/ simplex -icis – einfach/ directus 3 – gerade/ provideo 2. ,providi,provisum - vorhersehen, vorsorgen/ bestiola -ae,f - kleines Tier/ irrumpo 3.,irrupi,irruptum – einbrechen/ sordes ium f. – Schmutz; sordes aurium – Ohrenschmalz/ tamquam - wie, sowie, gleichsam / viscum -i,n – Mistel, Vogelleim/ inhaeresco 3., inhaesi, -, - hängen bleiben
11. extra (Adv.) – außerhalb/ emineo 2. ,eminui,- - herausragen, hervorragen, sichtbar werden/ appello 1. - ansprechen, anreden, (be)nennen/ tutor 1. – schützen/ adicio 3., adieci, adiectum – hinzufügen/ labor 3., lapsus sum – fallen, gleiten/ pello 3., pepuli, pulsum – schlagen, (ver)treiben
12. corneolus 3 – hornartig/ introitus -us,m - Eingang, Eintritt/ natura ae f. – hier: natürliche Einrichtung/ refero, referre, rettuli, relatum – wiedergeben(amplifico 1. – vergrößern/ quocirca – daher/ fides, is f – Darmsaite, Saitenspiel, Lyra/ testudo testudinis,f – Schildkröte; Lyra/ resono 1. - widerhallen, ertönen/ cornu -us,n – Horn/ tortuosus 3 – gewunden/ inclusus 3 - eingeschlossen
13. nares narium,f – Nase/ utilitas -tis,f - Nutzen, Vorteil/ contractus 3 – eng/ pervado 3.,pervasi,pervasum – durchdringen, eindringen/ (h)umor oris m – Feuchtigkeit, Nässe/ pulvis -eris,m – Staub/ depello 3.,depuli,depulsum – vertreiben/ inutilis -e - unbrauchbar, unnutz
14. gustatus us m – Geschmack(sinn)/ saepio 4. ,saepsi,saeptum – einzäunen/ contineo 2.,continui,contentum - zusammenhalten, festhalten, enthalten/ aptus 3 - passend, geeignet/ incolumitas -atis,f – Unversehrtheit/ custodia -ae,f - Wache, Schutz
15. antecello 3.,-,- - hervorragen, übertreffen/ bestia -ae,f - Tier, wildes Tier
16. iudicium -i,n - Prozess, Urteil, Gericht/ pictus 3 – bemalt/ fictus 3 - erfunden, erdichtet/ caelatus 3 geschnitzt/ gestus -us,m – Gebärde/ cerno 3.,crevi,cretum - wahrnehmen, sehen, erkennen/ subtilis -e - fein, genau/ color -ris,m – Farbe/ figura -ae,f - Figur, Gebilde, Gestalt,

Abdruck/ ordo -inis,m - Reihe, Ordnung/ decentia ae f – Anstand, Schicklichkeit/ iudico 1. - urteilen, richten, beurteilen/ propitius 3 - geneigt, gnädig/ laetor 1. - sich freuen/ ignavus 3 - untätig, träge, untüchtig, feige

17. admirabilis -e - bewundernswert, wunderbar, sonderbar/ artificiosus 3 – kunstvoll/ tibia -ae,f – Flöte/ nervus -i,m – Sehne; Saite/ cantus -us,m – Gesang/ varietas -atis,f - Mannigfaltigkeit, Buntheit, Vielheit, Abwechslung/ intervallum -i,n - Zwischenraum, Zwischenzeit/ distinctio onis f – Unterschied, Pause/ permulti ae a - sehr viele/ canorus 3 – wohlklingend/ fuscus 3 - schwarz, rau/ levis -e - leicht, leichtsinnig/ acutus 3 - spitz, scharf, schrill/ flexibilis e - geschmeidig

18. ex parte – teilweise

19. perfruo 3. -, völlig genießen/ perspicuus 3- offenbar, klar/ compositio onis f – Zusammenstellung/ unguentum -i,n - Parfüm, Salböl, Creme/ conditio -onis,f – Würzen/ lenocinium i n – Reiz; lenocinium corporum – Toilettenkünste/ procedo 3.,processi,processum - hervorgehen, vorwärts gehen, vorrücken, vorankommen

f) Plinius Maior: Historia naturalis XI, 49 (De cerebro)

1. Cerebrum omnia habent animalia, quae sanguinem, etiam in mari, quae mollia appellavimus, quamvis careant sanguine, ut polypus.
2. Sed homo portione maximum et umidissimum omniumque viscerum frigidissimum, duabus supra subterque membranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum est.
3. Cetero viri quam feminae maius.
4. Omnibus hoc sine sanguine, sine venis, et seboris sine pingui.
5. Aliud esse quam medullam eruditi docent, quoniam coquendo durescat.
6. Omnium cerebro medio insunt ossicula parva.
7. Uni homini in infantia palpitatur nec corroboratur ante primum sermonis exordium.
8. Hoc est viscerum excelsissimum que caelo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus.
9. Hanc habent sensus arcem, huc venarum omnis a corde vis tendit, hic desinit, hoc columen altissimum, hic mentis est regimen.

10. Omnium autem animalium in priora pronum, quia et sensus ante nos tendunt.

11. Ab eo proficiscitur somnus, hinc capitis nutatio.

12. Quae cerebrum non habent, non dormiunt

Vokabelhilfen:

1. cerebrum -i,n – (Ge)hirn/ sanguis inis,m – Blut/ mollis e - weich, mild / appello1. - ansprechen, anreden, (be)nennen/ quamvis - obwohl (Sj. b. Konj./Ind.) / careo 2. + Abl. – etwas entbehren, nicht haben / polypus i m. – Polyp

2. portio onis f. – Anteil/ umidus 3 – feucht/ viscus eris n., (meist Pl.: viscera um) - / frigidus 3 – kalt/ supra subterque – oben und unten/ membrana ae f. – Häutchen/ velo 1. – verhüllen/ alteruter – der eine von beiden/ rumpo 3. –(zer)brechen, durchbrechen, vernichten/ mortiferus 3 - todbringend

3. cetero = ceterum – übrigens (Ergänze und stelle etwa so um: Cetero [cerebrum] viri maius [est] quam feminae.)

4. sebosus 3 (sebum i n. – Talg; sebo 1. –mit Talg überziehen) – talgig/ sanguis inis m. – Blut/ vena - ae,f - Ader, Wasserader, Puls/ pingue is,n – Fett/ „et sebo sine pingui“ ist mir unklar in der Bedeutung!

5. eruditus, a, um - gebildet / medulla -ae,f - Mark, Kern/ coquo 3.,coxi,coctum - kochen, braten (coquendo ist Abl. des Gerundiums)/ duresco 3. – hart werden

6. medius 3 – in der Mitte befindlich; hier: „mitten im Gehirn“/ insum,inesse, infui,infuturus - darin sein, enthalten sein, sich befinden/ ossiculum i n. (Deminutiv von os) - Knöchlein

7. infantia -ae,f – Säuglingsalter/ palpito 1. – zucken, klopfen/ corroboro 1. – stärken, kräftigen; passivisch: erstarken/ exordium i n. – Anfang, Beginn/ sermo onis m. – Rede, Sprache

8. excelsus 3 – hoch, vorzüglich, ausgezeichnet, aufragend, erhaben/ Hier ist eine Textlücke! Ich weiß sie nicht zu erklären!/ caro carnis,f – Fleisch/ cruor cruoris,m – Blut/ sordes ium f. - Schmutz

9. sensus -us,m - Gefühl, Sinn, Verstand/ arx arcis f. – Burg/ huc – hierhin/ tendo 3. – spannen, zielen / hic – hier/ desino 3. – aufhören/ columen inis n. – Säule, Spitze, Giebel/ regimen inis n. – Leitung, Verwaltung/ mens mentis f. - Verstand

10. pronus 3 – vorwärts geneigt/ in priora -

11. somnus i m. – Schlaf/ proficiscor 3. – von etwas ausgehen/ nutatio onis f. capitis (nur so bei Plinius!) Sichneigen des Kopfes/ hinc - von hier, von hier aus, von da an, hier, hierauf, daher (Adv.)

g) Plinius Maior: Historia naturalis XXIII,22 (De usu vini)

1.Vino aluntur vires, sanguinis colosque hominum. 2. Hoc distat orbis medius et mitior plaga circumiectis. 3. Quantum

illis feritas facit roboris, tantum nobis hic succus. 4. Lactis potus ossa alit, frugum nervos, aqua carnes; ideo minus ruboris est in corporibus illis et minus roboris contraque labores patientiae. 5. Vino modico nervi iuvantur, copiosiore laeduntur; sic et oculi. 6. Stomachus recreatur et adpetentia ciborum invitatur; tristitia, cura hebetatur, urina et algor expellitur, somnus conciliatur. 7. Praeterea vomitiones sistit, collectiones extra lanis umidis inpositis mitigat. 8. Asclepiades utilitatem vini aequari vix deorum potentia posse pronuntiavit. 9. Vetus copiosiore aqua miscetur; quo magis urinam expellit, minus siti resistit. 10. Dulce minus inebriat, sed stomacho innatat; austerum facilius concoquitur. 11. Levisimum est, quod celerrime inveteratur. 12. Minus infestat nervos, quod vetustate dulcescit. 13. Stomacho minus utile est pingue, nigrum, sed corpora magis alit. 14. Tenue et austerum minus alit, magis stomachum nutrit, celerius per urinam transit; tanto magis capita temptat. 15 Hoc et in omni alio suco semel dictum sit. 16. Vinum diutino fumo inveteratum insaluberrimum. 17. Mangones ita in apothecis excogitare, iam et patresfamilias, aetatem addi. 18. Atqui per se cariem traxere. 19. Quo certe vocabulo satis consilii dedere prisca, quoniam et in materiis cariem fumus erodit; at nos e diverso fumi amaritudine vetustatem indui persuasum habemus. 20. Quae sunt admodum exalbida, haec vetustate insalubria fiunt. 21. Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit et in amaritudinem corpori minime utilem coit. 22. Condire eo aliud minus annosum insalubre est; sua cuique vino saliva innocentissima est, sua cuique aetas gratissima, hoc est media.

Vokabelhilfen:

1. sanguis sanguinis,m - Blut, Blutvergießen / colos = color
2. distare,disto,-,- - getrennt sein, entfernt sein, unterschieden sein/ mitis e - sanft, mild, weich/ plaga -ae,f - Schlag, Hieb, Stoß, Netz, Garn, Schlinge/ Hoc...circumiectis – „.....“
3. quantum - wie viel, wie sehr (interr./rel. Adv.) quantum...roboris – wieviel Kraft/ feritas atis f. – Wildheit, Rohheit/ succus -i,m - Saft

4. lac lactis,n – Milch/ potus -us,m - Trank, Trinken/ os ossis,n – Knochen/ fruges um,f – Feldfrüchte/ nervus -i,m – Sehne/ caro carnis,f – Fleisch/ ideo - deswegen, deshalb (Adv.)/ rubor ruboris,m – Röte/ robor roboris n. – Kraft/ patientia -ae,f - Ausdauer, Geduld, das Ertragen
5. modicus 3 - maessig/ copiosus 3 - reich, reichlich/ laedo 3. ,laesi, laesum - stoßen, verletzen, beleidigen
6. stomachus -i,m – Magen/ adpetentia ae f. – Streben, Verlangen/ tristitia -ae,f – Traurigkeit/ hebeto 1. – abstumpfen, schwächen/ urina -ae,f – Urin/ algor oris m. – Kälte/ somnus i m. Schlaf/ concilio 1. - gewinnen
7. vomitio onis f. – Erbrechen/ sisto 3. ,steti, statum – aufhalten/ collectio onis,f - Sammeln, Anhäufung verdorbener Säfte, Geschwür (so bei Plin. als t.t. der Medizin)/ extra - außerhalb (Adv.)/ lana -ae,f – Wolle/ umidus 3 – feucht/ impono 3. ,imposui,i mpositum - legen in, setzen in, stellen in, einsetzen, hineinlassen, hineinlegen, auferlegen, aufbürden, daraufsetzen, aufbürden/ mitigo 1. – weich machen, mildern
8. Asclepiades is m. – A. ist ein berühmter Arzt aus Prusa in Bithynien/ utilitas atis,f - Nutzen, Vorteil/ aequo 1. – gleichkommen, vergleichen/ potentia -ae,f - Macht, Gewalt/ pronuntio 1.- verkünden, aussprechen, bekannt machen
9. misceo 2. ,miscui,mixtum - mischen, verwirren/ quo magis – je mehr/ sitis is f. - Durst
10. inebrio 1. - trunken machen, berauschen/ innato 1. + Dat. – schwimmen auf/ austerus 3 – herb, scharf/ concoquo 3. mit etw. zusammen kochen, zerkochen, verdauen
11. levis leve – leicht/ invetero 1. – alt machen; passivisch: alt werden
12. infesto 1. – anfeinden, beunruhigen; schaden/ vetustas vetustatis,f – Alter/ dulcesco 3. süß werden
13. pingue is,n – Fett/ niger nigra um - schwarz, dunkel
14. tenuis tenue - duenn, schwach, gering/ nutrio 4. ,nutrivi,nutritum – (er)nähren/ tanto magis – umso mehr
15. semel - einmal (Adv.)
16. diutinus 3 –lang andauernd/ fumus -i,m – Rauch/ invetero 1. – alt machen
- insaluber, -bra,-brum - ungesund
17. mango onis,m – betrügerischer Verkäufer von Wein; Sklavenhändler/ apotheca -ae,f – Weinlager/ excogito 1. – ausdenken; excogitavere = -verunt/ patresfamilias = patres familias (oder familiae)/ addo 3. ,addidi,additum - hinzufuegen
18. atqui - und doch, aber doch, nun aber, dagegen (Kj.)/ caries ei f. – Fäulnis, bei Plinius: der eigentümlich/ mürbe u. milde Geschmack des alten Weines/ traxere = traxerunt
19. vocabulum -i,n - Benennung, Name, Wort/ dedere = dederunt (von dare!) / satis consilii...prisci – mehr alten Rat/ materia -ae - Holz, Material, Stoff/ erodo 3. – wegfressen/ e diverso – im Gegenteil/ amaritudo inis,f – Bitterkeit/ induo 3. indui,indutum - anziehen, anlegen, einhüllen/ persuasum habemus – wir sind überzeugt
20. admodum - ganz, ziemlich, sehr (Adv.)/ exalbidus 3 – weißlich/ insalubris, e - ungesund

21. quo generosius ... hoc magis – je edler ... desto mehr/ crassesco 3. – dick werden, stark werden/ in amaritatem ... utilem – zu einer dem Körper sehr wenig nützlichen Bitterkeit/ coeo, coire,coii,coitum - zusammenkommen, sich versammeln, sich vereinen

22. condio 4. ,condivi/condii,conditum – würzen/ annosus 3 – viele Jahre habend ; aliud minus annosum (vinum)/ eo – mit ihm/ saliva ae f. – Speichel; Geschmack (des Weins) / innocens ntis –unschädlich, unschuldig/ medius 3 – der mittlere

h) Plinius d.Ä.: Historia naturalis XXVIII,14 (De morbis)

http://www.ukans.edu/history/index/europe/ancient_rome/L/Roman/Texts/Pliny_the_Elder/28*.html

1. Eo minus omitti convenit ab animo hominis pendentes medicinas.
2. Abstinere se cibo omni aut potu, alias vino tantum aut carne, alias balneis, cum quid eorum postulet valetudo, in praestantissimis remediis habetur.
3. His adnumeratur exercitatio, intentio vocis, ungui, fricari cum ratione; vehemens enim fricatio spissat, lenis mollit, multa adimit corpus, auget modica.
4. In primis vero prodest ambulatio, gestatio et ea pluribus modis, equitatio stomacho et coxis utilissima, phthisi navigatio, longis morbis locorum mutatio, item somno sibi mederi aut lectulo et rara vomitione.
5. Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera adversus destillationes.
6. Aristoteles et Fabianus plurimum somnari circa ver et autumnum tradunt, magisque supino cubitu, at prono nihil, Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilium a supinis.
7. Sol quoque, remediorum maximum, ab ipso sibi praestari potest, sicuti linteorum strigiliumque vehementia.
8. Perfundere caput calida ante balnearum vaporationem et postea frigida saluberrimum intellegitur; item praesumere cibus et interponere frigidam eiusdemque potu somnos antecedere et, si libeat, interrumpere.

9. Notandum nullum animal aliud calidos potus sequi, ideoque non esse naturales.
10. Mero ante somnos colluere ora propter halitus, frigida matutinis in pari numero ad cavendos dentium dolores, item posca oculos contra lippitudines certa experimenta sunt, sicut totius corporis valetudini in varietate victus inobservata.
11. Hippocrates tradit non prandentium celerius senescere exta; verum id remediis cecinit, non epulis, quippe multo utilissima est temperantia in cibis.
12. L. Lucullus hanc de se praefecturam servo dederat, ultimoque probro manus in cibis triumphali seni deiciebatur vel in Capitolio epulanti, pudenda re servo suo facilius parere quam sibi.

Vokabelhilfen:

1. eo minus – umso weniger/ convenit – es passt
2. potus -us,m - Trank, Getränk/ alias - ein andermal (Adv.)/ caro carnis,f – Fleisch/ balneum -i,n – Bad/ valetudo inis,f - Befinden, Gesundheit, Krankheit/ praestans -ntis - vortrefflich, außerordentlich/ remedium -i,n - Heilmittel, Mittel
3. adnumero 1. – hinzuzählen/ exercitatio -nis,f – Übung/ intentio onis f. - / unguo 3. ,unxi,unctum - salben, einsalben/ frico 1. - trocken reiben, reiben/ fricatio onis f. – Reibung, Abreiben/ spisso 1. – verdichten (?)/ lenis -e - mild, lind, sanft, ruhig/ mollio 4.,mollivi,mollitum - erweichen, besänftigen/ adimo 3.,ademi,ademptum - wegnehmen, an sich nehmen, abnehmen, rauben, entreißen
4. ambulatio onis f. – Spazierengehen/ gestatio onis f. – Ausfahrt (an frischer Luft)/ equitatio onis f. – Reiten/ stomachus -i,m – Magen/ coxa ae f. – Hüfte/ phthisis is f. – Schwindsucht/ navigatio -nis,f - Schifffahrt, Seefahrt/ mutatio -nis,f – Veränderung/ medeor 2. ,sanatus sum - abhelfen, heilen/ lectulus i m. – Bett/ vomitio onis f. - Erbrechen
5. supinus 3 – rücklings/ supinus cubitus us m. – Liegen auf dem Rücken/ conducit – für etw. nützlich sein/ pronus 3 – vorwärts geneigt/ tussis is f. – Husten/ latus -eris,n - Seite, Flanke/ destillatio onis f. – Katarrh
6. Aristoteles - griech. Philosoph, Schüler Platos/ Fabianus – / circa - um, um...herum, rings um (Präp. b.Akk.)/ ver veris n. – Frühjahr/ autumnus -i,m – Herbst/ somnio 1. – träumen/ Theophrastus – griech. Philosoph, Schüler von

Plato. Bekannt sind seine Schriften ueber Charaktere und Pflanzen./
concoquo 3. -coxi, -coctum –verdauen/ dexter dextra um – rechts/ incubitus
us m – Liegen/ difficilis -e - schwer, schwierig

7. praesto 1. - voranstehen, übertreffen, leisten, zeigen, erweisen/ sicuti - wie,
wie zum Beispiel, sowie, gleichwie (Adv.)/ linteum -i,n - Leinentuch, Segel/
strigilium i n. – Schabeisen (zum Abreiben der Haut beim Baden)/ vehementia
ae f. – starker Gebrauch
8. perfundo 3.,perfudi,perfusum – begiessen/ calida -ae,f - warmes Wasser
(sc.aqua)/ balnearum vaporatio onis f. – Dampfbad/ frigida ae f. – kaltes Was-
ser (sc. aqua)/ saluber salubris e - heilsam, gesund/ praesumo 3. – voraus-
nehmen/ interpono 3.,-posui,-positum - dazwischen setzen, dazwischen legen,
vorschieben, einschieben/ antecedo 3.,antecessi,antecessum - vorangehen,
übertreffen/ libet,libuit,- - es ist erlaubt, es steht frei/ interrumpo
3.,interrupi,interruptum - unterbrechen
9. noto 1. - kennzeichnen, tadeln; notandum (sc. est) – man muss anmerken/
ideo - deswegen, deshalb (Adv.)/ naturalis -e – natürlich; naturales esse (sc.
potus)
10. merum i n. – unvermischter Wein / colluo 3., -ui,-lutum – ausspülen/ os oris,n -
Mund, Gesicht/ halitus us m. – Atem/ matutinum i n. – Morgen/ dens dentis,m
– Zahn/ posca ae f. – (der aus Wasser, Essig, geschlagenen Eiern bestehen-
de Trank des gemeinen Mannes u. Soldaten) „Limonade“/ lippitudo inis f. –
Augenentzündung/ experimentum -i,n - Versuch, Erfahrung/ sicut - wie, wie
zum Beispiel, sowie, gleichwie (Adv.)/ varietas -atis,f - Mannigfaltigkeit, Bunt-
heit, Vielheit, Abwechslung/ victus -us,m - Lebensunterhalt, Nahrung, Le-
bensweise/ inobservatus 3 – unbeobachtet, nicht wahrgenommen
11. prandeo 2.,prandi,pransum - frühstücken, essen/ senesco 3. ,senui,- - alt wer-
den, altern/ exta -orum,n – Eingeweide/ verum - in Wahrheit, aber, doch
(Adv.)/ cano 3.,cecini,cantatum - (be)singen, (ein Instrument) spielen, blasen;
preisen/ epulae -arum,f - Speisen, Mahl/ quippe - freilich, ja (Adv.)/ multo
utilissimus – bei weitem das nützlichste/ temperantia -ae,f - Mäßigung, Selbst-
beherrschung, Maßhaltung, Zurückhaltung
12. L. Lucullus – Feldherr gegen Mithridates, berühmt wegen seines Reichtums
und seiner Verschwendung/ praefectura ae f. – Aufseheramt/ probum -i,n -
Vorwurf, Schande, Beleidigung, Beschimpfung/ triumphalis -e - zum Triumph
gehörig, Triumph-/ deicio 3.,deieci,deiectum - herabwerfen, niederwerfen/
epulor 1. - schmausen, speisen/ pudendus 3 - schändlich

i) Plinius d.Ä.: Historia naturalis XXVI,7-8(Asclepiades);

Durabat tamen antiquitas firma magnasque confessae rei vindicabat reliquias, donec
Asclepiades aetate Magni Pompei orandi magister nec satis in arte ea quaestuosus,
ut ad alia quam forum sagacis ingenii, huc se repente convertit atque, ut necesse
erat homini qui nec id egisset nec remedia nosset oculis usuque percipienda, torrenti
ac meditata cotidie oratione blandiens omnia abdicavit totamque medicinam ad

causas revocando coniecturae fecit, quinque res maxime communium auxiliorum professus, abstinentiam cibi, alias vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationes, quae cum unusquisque semet ipsum sibi praestare posse intellegeret, faventibus cunctis, ut essent vera quae facillima erant, universum prope humanum genus circumegit in se non alio modo quam si caelo demissus advenisset.

Trahebat praeterea mentes artificio inani, alias vinum promittendo aegris dandoque tempestive, iam frigidam aquam et, quoniam causas morborum scrutari prius Herophilus instituerat, vini rationem inlustraverat Cleopantus apud priscos, ipse cognominari se frigida danda praeferebat, ut auctor est M. Varro. alia quoque blandimenta excogitabat, iam suspendendo lectulos, quorum iactatu aut morbos extenuaret aut somnos adiceret, iam balneas avidissima hominum cupidine instituendo et alia multa dictu grata atque iucunda, magna auctoritate nec minore fama, cum occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque servato, ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet. id solum possumus indignari, unum hominem e levissima gente, sine opibus ullis orsum, vectigalis sui causa repente leges salutis humano generi dedisse, quas tamen postea abrogavere multi. Asclepiaden adiuvere multa in antiquorum cura nimis anxiosa et rudia, ut obruendi aegros veste sudoresque omni modo ciendi, nunc corpora ad ignes torrendi solesve adsiduo quaerendi in urbe nimbose, immo vero tota Italia imbricitrice, tum primum pensili balnearum usu ad infinitum blandiente. praeterea in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit, ut in anginis, quas curabant in fauces organo demisso. damnavit merito et vomitiones tunc supra modum frequentes. arguit et medicamentorum potus stomacho inimicos, quod est magna ex parte verum. itaque nos in primis quae sunt stomacho utilia signamus.



j) Plinius d.Ä.: Historia naturalis XI, 54-55 (De oculis)

http://www.ukans.edu/history/index/europe/ancient_rome/L/Roman/Texts/Pliny_the_Elder/11*.html

Oculus unicolor nulli; communi candore omnibus medius colos differens.

Neque ulla ex parte maiora animi indici cunctis animalibus, sed homini maxime, id est moderationis, clementiae, misericordiae, odii, amoris, tristitiae, laetitiae. contuitu quoque multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves transversi, limi, summissi, blandi. profecto in oculis animus habitat.

Ardent, intenduntur, umectant, conivent. Hinc illa misericordiae lacrima, hos cum exosculamur, animum ipsum videmur attingere, hinc fletus et rigans ora rivi.

Quis ille est umor in dolore tam fecundus et paratus aut ubi reliquo tempore?

Animo autem vidimus, animo cernimus: oculi ceu vasa quaedam visibilem eius partem accipiunt atque tramittunt.

Sic magna cogitatio obcaecat abducto intus visu. sic in morbo comitiali animo caligante aperti nihil cernunt.

Quin et patentibus dormiunt lepores multique hominum, quos korubantiav Graeci dicunt.

Tenuibus multique membranis eos natura composuit, callosis contra frigora caloresque in extumo tunicis, quas subinde purificat lacrimationum salivis, lubricos propter incursantia et mobiles.

Media eorum cornua fenestravit pupilla, cuius angustiae non sinunt vagari incertam aciem ac velut canali dirigunt obiterque incidentia facile declinant, aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris orbibus circumdatis, ut habili mixtura et accipiat circumiecto candore lux et temperato repercussu non obstrepat.

Adeoque his absoluta vis speculi, ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis. ea causa est, ut pleraeque alitum e manibus hominum oculos potissimum adpetant, quod effigiem suam in iis cernentes velut ad cognita desideria sua tendunt veterina tantum quaedam ad incrementa lunae morbos sentiunt.

Sed homo solus emisso umore caecitate liberatur.

Post vicensimum annum multis restitutus est visus, quibusdam statim nascentibus negatus nullo oculorum vitio, multis repente ablati simili modo nulla praecedente iniuria.

Venas ab iis pertinere ad cerebrum peritissimi auctores tradunt; ego et ad stomachum crediderim: certe nulli sine redundatione eius eruitur oculus.

Morientibus illos operire rursusque in rogo patefacere Quiritium magno ritu sacrum est, ita more condito, ut neque ab homine supremum eos spectari fas sit et caelo non ostendi nefas.

Uni animalium homini depravantur, unde cognomina Strabonum et Paetorum.

Ab isdem qui altero lumine orbi nascerentur Coclites vocabantur; qui parvis utriusque, Ocellae; Luscini iniuriae cognomen habuerunt.

Nocturnorum animalium veluti felium in tenebris fulgent radiantque oculi, ut conteri non sit; et caprae lupoque splendent lucemque iaculantur. vituli marini et hyaenae in mille colores transeunt subinde. quin et in tenebris multorum pi-

scium refulgent, aridi sicut robusti caudices putresque vetustate. non conivere diximus quae non obliquis oculis, sed circumacto capite cernerent.

Chamaeleonis oculos ipsos circumagi totos tradunt. cancri in oblicum aspiciunt crusta fragili inclusos gerentes. locustis, squillis magna ex parte sub eodem munimento praeduri eminent.

Quorum duri sunt, minus cernunt quam quorum umidi. serpentium catulis et hirundinum pullis, si quis eruat, nasci tradunt. Insectorum omnium et testacei operimenti oculi moventur sicut quadripedum aures.

Quibus fragilis operimenta, his oculi duri. omnia talia et pisces et insecta non habent genas nec integunt oculos. Omnibus membrana vitri modo tralucida obtenditur.

Vokabelhilfen:



k) Celsus: De medicina V, 26 (De quinque generibus noxarum corporis humani)
<http://www.intratext.com/X/LAT0382.HTM>

[1a] Cum facultates medicamentorum proposuerim, genera, in quibus noxa corpori est, proponam. Ea quinque sunt: cum quid extrinsecus laesit, ut in vulneribus; cum quid intra se ipsum corruptum est, ut in cancro; cum quid innatum est, ut in vesica calculus; cum quid increvit, ut vena, quae intumescens in varicem convertitur; cum quid deest, ut cum curta pars aliqua est.

[1b] Ex his alia sunt, in quibus plus medicamenta, alia, in quibus plus manus proficit. Ego dilatis iis, quae praecipue scalpellum et manum postulant, nunc de is dicam, quae maxime medicamentis egent. Dividam autem hanc quoque curandi partem sicut priorem et ante dicam <de is,> quae in QUAMLIBET PARTEM corporis incidunt, tum de is, quae certas partes infestant. Incipiam a vulneribus.

[1c] In his autem ante omnia scire medicus debet, quae insanabilia sint, quae difficilem curationem habeant, quae promptiorem. Est enim prudentis hominis primum eum, qui servari non potest, non adtingere, nec subire speciem *** eius, ut occisi, quem sors ipsius interemit; deinde ubi gravis metus sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis in difficili spem esse, ne, si victa ars malo fuerit, vel ignorasse vel fefellisse videatur.

[1d] Sed ut haec prudenti viro conveniunt, sic rursus histrionis est parvam rem adtol-
lere, quo plus praestitisse videatur. Obligarique aecum est confessione promptae rei,
quo curiosius etiam circumspiciat, ne, quod per se exiguum est,

maius curantis negligentia fiat.

[2] Servari non potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stomachus, cui iocineris portae,
cui in spina medulla percussa est, cuique aut pulmo medius aut ieiunum aut tenuis
intestinum aut ventriculus aut renes vulnerati sunt; cuive circa fauces grandes venae
vel arteriae praecisae sunt.

[3a] Vix autem ad sanitatem perveniunt, quibus ulla parte aut pulmo aut iocineris
crassum aut membrana, quae continet cerebrum, aut lienis aut vulva aut vesica aut
ullum intestinum aut saeptum transversum vulneratum est. Ii quoque in praecipiti
sunt, in quibus usque ad grandes intusque conditas venas in alis vel poplitibus mucro
desedit. Periculosa etiam vulnera sunt, ubicumque venae maiores sunt, quoniam e-
xhaurire hominem profusione sanguinis possunt.

[3b] Idque evenit non in alis tantum atque poplitibus, sed etiam in is venis, quae ad
anum testiculosque perveniunt. Praeter haec malum vulnus est, quodcumque in alis
vel feminibus vel inanibus locis vel in articulis vel inter digitos est; item quodcumque
musculum aut nervum aut arteriam aut membranam aut os aut cartilaginem laesit.
Tutissimum omnium, quod in carne est.

[4] Et haec quidem loco vel peiora vel mitiora sunt. Modo vero periculum facit,
quodcumque magnum est.

[5] Aliquid etiam in vulneris genere figuraque est. Nam peius est, quod etiam conli-
sum quam quod tantum discissum est, adeo ut acuto quoque quam retunso telo vul-
nerari commodius sit. Peius etiam vulnus est, ex quo aliquid excisum est, exue quo
caro alia parte abscisa alia dependet. Pessimaque plaga curva est: tutissima quae
lineae modo recta est; quo deinde propius huic illive figurae vulnus est, eo vel dete-
rius vel tolerabilius est.

[6] Quin etiam confert aliquid et aetas et corpus et vitae propositum et anni tempus;
quia facilius sanescit puer vel adulescens quam senior, valens quam infirmus; neque
nimis tenuis neque nimis plenus, quam si alterum ex his est; integri habitus quam
corrupti, exercitatus quam iners, sobrius et temperans quam vino venerique deditus.
Oportunissimumque curationi tempus vernum est, aut certe neque fervens neque
frigidum, siquidem vulnera et nimius calor et nimium frigus infestant, maxime tamen
horum varietas; ideoque perniciosissimus autumnus est.

[7] Sed pleraque ex vulneribus oculis subiecta sunt; quorundam ipsae sedes indices
sunt, quas alio loco demonstravimus, cum positus interiorum partium ostendimus.
Verum tamen quia quaedam vicina sunt, interestque vulnus in summa parte sit an
penitus penetraverit, necessarium est notas subicere, per quas, quid intus actum sit,
scire possimus, et ex quibus vel spes vel desperatio oriatur.

[8] Igitur corde percusso sanguis multus fertur, venae <e>languescunt, color pallidis-
simus, sudores frigidi malique odoris tamquam inrorato corpore oriuntur, extremisque
partibus frigidis matura mors sequitur.

[9] Pulmone vero icto spirandi difficultas est; sanguis ex ore spumans, ex plaga ruber; simulque etiam spiritus cum sono fertur; in vulnus inclinari iuvat; quidam sine ratione consurgunt. Multi si in ipsum vulnus inclinati sunt, loquuntur, si in aliam partem, obmutescunt.

[10] Iocineris autem vulnerati notae sunt multae sub dextra parte praecordiorum profusus sanguis; ad spinam reducta praecordia; in ventrem cubandi dulcedo; punctiones doloresque usque ad iugulum iunctumque ei laterum scapularum os intenti; quibus nonnumquam etiam bilis vomitus accedit.

[11] Renibus vero percussis dolor ad inguina testiculosque descendit; difficulter urina redditur, eaque aut haec cruenta aut cruor fertur.

[12] At liene icto sanguis niger a sinistra parte prorumpit; praecordia cum ventriculo ab eadem parte indurescunt; sitis ingens oritur; dolor ad iugulum si-cut iocinere vulnerato venit.

[13] At cum vulva percussa est, dolor inguinibus et coxis et feminibus est; sanguinis pars per vulnus, pars per naturale descendit; vomitus bilis insequitur. Quaedam obmutescunt, quaedam mente labuntur, quaedam sui conpotes nervorum oculorumque dolore urgeri se confitentur, morientesque eadem, quae corde vulnerato, patiuntur.

[14] Sin cerebrum membranave eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit; fereque bilis vomitus insequitur. Quorundam sensus optunduntur, appellatique ignorant; quorundam trux vultus est; quorundam oculi quasi resoluti huc atque illuc moventur; fereque tertio vel quinto die delirium accedit; multorum etiam nervi distenduntur. Ante mortem autem plerique fascias, quibus caput deligatum est, lacerant ac nudum vulnus frigori obiciunt.

[15] Ubi stomachus autem percussus est, singultus et bilis vomitus insequitur; si quid cibi vel potionis adsumptum est, ea redditur cito. Venarum motus elanguescunt, sudores tenues oriuntur, per quos extremae partes frigescunt.

[16] Communes vero ieiuni intestini et ventriculi vulnerati notae sunt: nam cibus et potio per vulnus exeunt; praecordia indurescunt; nonnumquam bilis per os redditur. Intestino tantum sedes inferior est. Cetera intestina icta vel stercus vel odorem eius exhibent.

[17] Medulla vero, quae in spina est, discussa nervi resolvuntur aut distenduntur; sensus intercudit; interposito tempore aliquo sine voluntate inferiores partes vel semen vel urinam vel etiam stercus excernunt.

[18] At si saeptum transversum percussus est, praecordia susum contrahuntur; spina dolet; spiritus rarus est; sanguis spumans fertur.

[19] Vesica vero vulnerata dolent inguina: quod super pubem est, intenditur; pro urina sanguis, at ex ipso vulnere urina descendit. Stomachus adficitur: itaque aut bilem vomunt, aut singultiunt; frigus et ex eo mors sequitur.

[20a] His cognitis etiamnum quaedam alia noscenda ad omnia vulnera ulceraque, de quibus dicturi sumus, pertinentia. Ex his autem exit sanguis, sanies, pus. Sanguis omnibus notus est: sanies est tenuior hoc, varie crassa et glutinosa et colorata. Pus

crassissimum albidissimumque, glutinosius et sanguine et sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti aut iam sanescente, sanies [est] inter utrumque tempus, <pus> ex ulcere iam ad sanitatem spectante.

[20b] Rursus et sanies et pus quasdam species Graecis nominibus distinctas habent. Est enim quaedam sanies, quae vel hidros vel melitera nominatur; est pus, quod elaeodes appellatur. Hidros tenuis, subalbidus ex malo ulcere exit, maximeque ubi nervo laeso inflammatio secuta est. Melitera crassior et glutinosior, subalbida, mellique albo subsimilis.

[20c] Fertur haec quoque ex malis ulceribus, ubi nervi circa articulos laesi sunt, et inter haec loca maxime ex genibus. Elaeodes tenue, subalbidum, quasi unctum, colore atque pinguitudine oleo albo non dissimile; apparet in magnis ulceribus sanescentibus. Malus autem est sanguis nimium aut tenuis aut crassus, colore vel lividus vel niger, aut pituita mixtus aut varius: optimus calidus, ruber, modice crassus, non glutinosus.

[20d] Itaque protinus eius vulneris expedita magis curatio est, ex quo sanguis bonus fluxit. Itemque postea spes in is maior est, ex quibus melioris generis quaeque proveniunt. Sanies igitur mala est multa, nimis tenuis, livida aut pallida aut nigra aut glutinosa aut mali odoris, aut quae ipsum ulcus et iunctam ei cutem erodit: melior est non multa, modice crassa, subrubicunda aut subalbida.

[20e] Hidros autem peior est multus, crassus, sublividus aut subpallidus, glutinosus, ater, calidus, mali odoris: tolerabilior est subalbidus, qui cetera omnia contraria prioribus habet. Melitera autem mala est multa et percrassa: melior, quae tenuior et minus copiosa est. Pus inter haec optimum est; sed id quoque peius est multum, tenue, dilutum, magisque si ab initio tale est; itemque si colore sero simile, si pallidum, si lividum, si faeculentum est; praeter haec, si male olet, nisi tamen locus hunc odorem excitat.

[20f] Melius est, quo minus est, quo crassius, quo albidius; itemque si leve est, si nihil olet, si aequale est: modo tamen convenire et magnitudini vulneris et tempori debet. Nam plus ex maiore, plus nondum solutis inflammationibus naturaliter fertur. Elaeodes quoque peius est multum, et parum pingue: quo minus eius, quoque id ipsum pinguius, eo melius est.

[21a] Quibus exploratis, ubi aliquis ictus est qui servari potest, protinus prospicienda duo sunt: ne sanguinis profusio neve inflammatio interemat. Si profusionem timemus, quod ex sede vulneris et ex magnitudine eius et ex impetu ruentis sanguinis intellegi potest, siccis linamentis vulnus inplendum est, supraque imponenda spongia ex aqua frigida expressa ac manu super conprimenda.

[21b] Si parum sic sanguis conquiescit, saepius linamenta mutanda sunt, et si sicca parum valent, aceto madefacienda sunt. Id vehemens ad sanguinem subprimendum est; ideoque quidam id volneri infundunt. Sed alius rursus metus subest, ne nimis valenter ibi retenta materia magnam inflammationem postea moveat. Quae res efficit, ut neque rodentibus medicamentis neque adurentibus et ob id ipsum inducentibus crustam sit utendum, quamvis pleraque ex his sanguinem supprimunt; sed, si semel ad ea decurritur, is potius, quae mitius idem efficiunt.

[21c] Quod si illa quoque profluvio vincuntur, venae quae sanguinem fundunt adprehendendae, circaque id quod ictum est duobus locis deligandae intercidendaeque sunt, ut et in se ipsae coeant, et nihilo minus ora praeclosa habeant. Ubi ne id quidem res patitur, possunt ferro candenti aduri. Sed etiam satis multo sanguine effuso ex eo loco, quo neque nervus neque musculus est, ut puta in fronte vel superiore capitis parte, commodissimum tamen est cucurbitulam admovere a diversa parte, ut illuc sanguinis cursus revocetur.

[22] Et adversus profusionem quidem in his auxilium est: adversus inflammationem autem in ipso sanguinis cursu. Ea timeri potest, ubi laesum est vel os vel nervus vel cartilago vel musculus, aut ubi parum sanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quotiens quid tale erit, sanguinem mature subprimere non oportebit, sed pati fluere, dum tutum erit; adeo ut, si parum fluxisse videbitur, mitti quoque ex brachio debeat; utique si corpus iuvenile et robustum et exercitatum est, multoque magis si id vulnus ebrietas praecessit. Quod si musculus laesus videbitur, praecidendus erit: nam percussus morti-ferus est, praecisus sanitatem recipit.

[23a] Sanguine autem vel subpresso, si nimius erumpit, vel exhausto, si per se parum fluxit, longe optimum est vulnus glutinari. Potest autem id, quod vel in cute vel etiam in carne est, si nihil ei praeterea mali accedit. Potest caro alia parte dependens, alia inhaerens, si tamen etiamnum integra est et coniunctione corporis fovetur. In is vero, quae glutinantur, duplex curatio est. Nam si plaga in molli parte est, sui debet, maximeque si discissa auris ima est vel imus nasus vel frons vel bucca vel palpebra vel labrum vel circa guttur cutis vel venter.

[23b] Si vero in carne vulnus est hiatque neque in unum orae facile adtrahuntur, sutura quidem aliena est: inponendae vero fibulae sunt (ancteras Graeci nominant), quae oras, paululum tamen, contrahunt, quo minus lata postea cicatrix sit. Ex his autem colligi potest, id quoque, quod alia parte dependens alia inhaerebit, si alienatum adhuc non est, suturam an fibulam postulet. Ex quibus neutra ante debet imponi, quam intus vulnus purgatum est, ne quid ibi concreti sanguinis relinquatur.

[23c] Id enim et in pus vertitur, et inflammationem movet, et glutinari vulnus prohibet. Ne lincamentum quidem, quod subprimendi sanguinis causa inditum est, ibi relinquendum est: nam id quoque inflammat. Conprehendi vero sutura vel fibula non cutem tantum sed etiam aliquid ex carne, ubi suberit haec, oportebit, quo valentius haereat neque cutem abrumpat. Utraque optima est ex acia molli non nimis torta, quo mitius corpori insidat, utraque neque nimis rara neque nimis crebra inicienda est.

[23d] Si nimis rara est, non continet; si nimis crebra est, vehementer adficit, quia quo saepius acus corpus transuit quoque plura loca iniectum vinculum mordet, eo maiores inflammationes oriuntur magisque aestate. Neutra etiam vim ullam desiderat, sed eatenus utilis est, qua cutis ducentem quasi sua sponte subsequitur. Fere tamen fibulae latius vulnus esse patiuntur, sutura oras iungit, quae ne ipsae quidem inter se contingere ex toto debent, ut, si quid intus umoris concreverit, sit qua emanet.

[23e] Si quod vulnus neutrum horum recipit, id tamen purgari debet. Deinde omni vulnere primo inponenda est spongia ex aceto expressa: si sustinere aliquis aceti vim non potest, vino utendum est. Levis plaga iuvatur etiam, si ex aqua frigida expressa spongia inponitur. Sed ea quocumque modo inposita est, dum madet, prodest; itaque ut inarescat, non est committendum.

[23f] Licetque sine peregrinis et conquisitis et compositis medicamentis vulnus curare. Sed si quis huic parum confidit, imponere medicamentum debet, quod sine sebo compositum sit ex is, quae cruentis vulneribus apta esse proposui: maximeque, si caro est, barbarum; si nervi vel cartilago vel aliquid ex eminentibus, quales aures vel labra sunt, Poly<id>i s<ph>ragidem: Alexandrinum quoque viride nervis idoneum est; eminentibusque partibus ea, quam Graeci rhapsam vocant.

[23g] Solet etiam colliso corpore exigua parte findi cutis. Quod ubi incidit, non alienum est scalpello latius aperire, nisi musculi nervique iuxta sunt; quos incidi non expedit. Ubi satis d<i>ductum est, medicamentum imponendum est. At si id, quod collisum est, quamvis parum d<i>ductum est, latius tamen aperiri propter nervos aut musculos non licet, adhibenda sunt ea, quae umorem leniter extrahant, praecipueque ex his id, quod rhyodes vocari proposui.

[23h] Non alienum est etiam, ubicumque vulnus grave est, imposito quo id iuvetur, insuper circumdare lanam succidam ex aceto et oleo; vel cataplasma, si mollis is locus est, quod leniter reprimat; si nervosus aut musculosus, quod emolliat.

[24a] Fascia vero ad vulnus deligandum linthea aptissima est eaque lata esse debet, ut semel iniecta non vulnus tantum sed paululum utrimque etiam oras eius comprehendat. Si ab altera parte caro magis recessit, ab ea melius adtrahitur; si aequae ab utraque, transversa comprehendere oras debet; aut si id vulneris ratio non patitur, media primum inicienda est, ut tum in utramque partem ducatur.

[24b] Sic autem deliganda est, ut et contineat neque adstringat. Quod non continetur, elabitur: quod nimis adstrictum est, cancro periclitabitur. Hieme saepius fascia circumdare debet, aestate quotiens necesse est; tum extrema pars eius inferioribus acu adsuenda est: nam nodus ulcus laedit, nisi tamen longe est.

[24c] Illo neminem decipi decet, ut propriam viscerum curationem requirat: de quibus supra posui. Nam plaga ipsa curanda extrinsecus vel sutura vel alio medicinae genere est: in visceribus nihil movendum est, nisi ut, si quid ex iocinere aut liene aut pulmone dumtaxat extremo dependet, praecidatur. Alioqui vulnus interius ea victus ratio eaque medicamenta sanabunt, quae cuique visceri convenire superiore libro posui.

[25a] His ita primo die ordinatis, homo lecto conlocandus est; isque, si grave vulnus est, abstinere, quantum vires patiuntur, ante inflammationem cibo debet: bibere, donec sitim finiat, aquam calidam; vel, si aestas est ac neque febris neque dolor est, etiam frigidam.

[25b] Adeo tamen nihil perpetuum est, sed semper pro vi corporis aestimandum, ut inbecillitas etiam cibum protinus facere necessarium possit, tenuem scilicet <et> exiguum, qui tantum sustineat; multique etiam ex profluvio sanguinis intermorientes ante ullam curationem vino reficiendi sunt, quod alioqui inimicissimum vulneri est.

[26a] Nimis vero intumescere vulnus periculosum; nihil intumescere periculosissimum est: illud indicium est magnae inflammationis, hoc emortui corporis. Protinusque, si mens homini consistit, si nulla febris accessit, scire licet mature vulnus sanum fore. Ac ne febris quidem terrere debet, si in magno vulnere, dum inflammatio est, permanet. Illa pernicio est, quae vel levi vulnere supervenit, vel ultra tempus inflammatio-

nis durat, vel delirium movet; vel, si nervorum rigor aut distentio, quae ex vulnere orta est, eam non finit.

[26b] Vomitus quoque bilis non voluntarius, vel protinus ut percussus est aliquis, vel dum inflammatio manet, malum signum est in is dumtaxat, quorum vel nervi, vel etiam nervosi loci vulnerati sunt. Sponte tamen vomere non alienum est, praecipue is, quibus in consuetudine fuit: sed neque protinus post cibum, neque iam inflammatione orta, neque cum in superioribus partibus plaga est.

[27a] Biduo sic vulnere habito, tertio die id aperiendum, <de>tergendaque sanies ex aqua frigida est, eademque rursus inicienda. Quinto iam die, quanta inflammatio futura est, se ostendit. Quo die rursus detecto vulnere considerandus color est. Qui si lividus aut pallidus aut varius aut niger est, scire licet malum vulnus esse; idque quandocumque animadversum est, terrere nos potest. Album aut rubicundum esse ulcus commodissimum est: item cutis dura, crassa, dolens periculum ostendit.

[27b] Bona signa sunt, ubi haec sine dolore tenuis et mollis est. Sed si glutinatur vulnus aut leviter intumuit, eadem sunt inponenda, quae primo fuerunt: si gravis inflammatio est neque glutinandi spes est, ea, quae pus moveant. Iamque aquae quoque calidae necessarius usus est, <ut> et materiam digerat et duritiam emolliat et pus citet. Ea sic temperanda est, ut manu contingenti iucunda sit, usque adeo adhibenda, donec aliquid ex tumore minuisse coloremque ulceri magis naturalem reddidisse videatur.

[27c] Post id fomentum, si lat<e> plaga non patet, inponi protinus emplastrum debet, maximeque si grande vulnus est, tetrpharmacum; si in articulis, digitis, locis cartilagineosis, rhyodes: et si latius hiat, idem illud emplastrum liquari ex irino unguento oportet eoque inlita li<n>amenta disponi per plagam; deinde emplastrum supra dari, et super id succidam lanam. Minusque etiam quam primo fasciae adstringendae sunt.

[28a] Proprie quaedam in articulis visenda sunt, in quibus, si praecisi nervi sunt, qui continebant, debilitas eius partis sequitur. Si id dubium est, et ex acuto telo plaga est, ea transversa commodior est; si retuso et gravi, nullum in figura discrimen est. Sed videndum est, pus supra articulum an infra nascatur. Si sub eo nascitur albumque et crassum diu fertur, nervum praecisum credibile est, magisque quo maiores dolores inflammationesque et quo maturius excitatae sunt.

[28b] Quamvis autem non abscisus nervus est, tamen si circa tumor durus diu permanet, necesse est et diuturnum ulcus esse et sano quoque eo tumorem permanere; futurumque est ut tarde membrum id vel extendatur vel contrahatur. Maior tamen in extendendo mora est, ubi recurvato curatio adhibita est, quam in recurvando eo, quod rectum continuerimus. Conlocari quoque membrum quod ictum est ratione certa debet.

[28c] Si glutinandum est, ut superius sit: si in inflammationibus est, ut in neutram partem inclinatum sit: si iam pus profluit, ut devexum sit. Optimum etiam medicamentum quies est: moveri, ambulare nisi sanis alienum est. Minus tamen is periculosum, qui in capite vel brachiis quam qui in inferioribus partibus vulnerati sunt. Minimeque ambulatio convenit femine aut crure aut pede laborante.

[28d] Locus, in quo cubabit, tepidus esse debebit. Balneum quoque, dum parum vulnus purum est, inter res infestissimas est: nam id et umidum et sordidum reddit, ex quibus ad cancrum transitus esse consuevit. Levis frictio recte adhibetur, sed is partibus, quae longius absunt a vulnere.

[29] Inflammatione finita vulnus purgandum est. Et id optime faciunt tinctoria in melle li<n>amenta, supraque idem emplastrum vel enneapharmacum dandum est. Tum demum vero purum ulcus est, cum rubet, ac nimium neque siccum neque umidum est. At quodcumque sensu caret, quod non naturaliter sen<t>it, quod nimium aut aridum aut umidum est, quod aut albidum aut pallidum aut lividum aut nigrum est, id purum non est.

[30a] Purgato, sequitur ut impleatur; iamque calida aqua eatenus necessaria est, ut sanies removeatur. Lanae succidae supervacuus usus est: lota melius circumdatur. Ad implendum autem vulnus proficiunt quidem etiam medicamenta aliqua: itaque ea adhiberi non alienum est, ut buturum cum rosa et exigua mellis parte; aut cum eadem rosa tetrapharmacum; aut ex rosa li<n>amenta.

[30b] Plus tamen proficit balneum rarum, cibi boni succi, vitatis omnibus acribus, sed iam pleniores: nam et avis et venatio et suilla elixa dari potest. Vinum omnibus, dum febris, inflammatio inest, alienum est: itemque usque cicatricem, si nervi musculive vulnerati sunt; etiam, si alte caro. At si plaga in summa cute generis tutioris est, potest non pervetus, modice tamen datum, ad implendum quoque proficere.

[30c] Si quid molliendum est, quod in nervosis locis musculosisque necessarium est, cerato quoque super vulnus utendum est. At si caro supercrevit, modice reprimit siccum lin<a>mentum, vehementius squama aeris. Si plus est, quod tolli opus est, adhibenda sunt etiamnum vehementiora, quae corpus exedunt. Cicatricem post omnia haec commode inducit Lycium ex passo aut lacte dilutum, vel etiam per se impositum siccum lin<a>mentum.

[31a] Hic ordo felicitis curationis est. Sed quaedam tamen periculosa incidere consuevit: interdum enim vetustas ulcus occupat, induciturque ei callus, et circum orae crassae livent; post quae quicquid medicamentorum ingeritur, parum proficit; quod fere negligenter <curato ulceri supervenit. Inter>dum vel ex nimia inflammatione, vel ob aestus inmodicos, vel ob nimia frigora, vel quia nimis vulnus adstrictum est, vel quia corpus aut senile aut mali habitus est, cancer occupat.

[31b] Id genus a Graecis diductum in species est, nostris vocabulis non est. Omnis autem cancer non solum id corrumpit, quod occupavit, sed etiam serpit; deinde aliis aliisque signis discernitur. Nam modo super inflammationem rubor ulcus ambit, isque cum dolore procedit (erysipelas Graeci nominant); modo ulcus nigrum est, quia caro eius corrupta est, idque vehementius etiam put<r>escendo intenditur ubi vulnus umidum est et ex nigro ulcereumor pallidus fertur malique odoris [est] carunculaeque corruptae:

[31c] interdum etiam nervi ac membranae resolvuntur, specillumque demissum descendit aut in latus aut deorsum, eoque vitio nonnumquam os quoque adficitur; modo oritur ea, quam Graeci gangrenam appellant. Priora in qualibet parte corporis fiunt: hoc in prominentibus membris, id est, inter ungues et alas vel inguina, fereque in senibus vel in is, quorum corpus mali habitus est. Caro in ulcere vel nigra vel livida est,

sed sicca et arida; proxumaque cutis plerumque subnigris pustulis impletur; deinde ei proxima vel pallida vel livida, fereque rugosa, sine sensu est; ulterior <in> inflammatione est.

[31d] Omniaque ea simul serpunt; ulcus in locum pus<t>ulosum, pus<t>ulae in eum, qui pallet aut livet, pallor aut livor in id, quod inflammatum est, inflammatio in id, quod integrum est, transit.

[31e] Inter haec deinde febris acuta oritur ingensque sitis: quibusdam etiam delirium: alii, quamvis mentis suae compotes sunt, balbutiendo tamen vix sensus suos explicant; incipit adfici stomachus; fit foedi spiritus ipse odor. Atque initium quidem eius mali recipit curationem; ubi vero penitus insedit, insanabile est; plurimique sub frigido sudore moriuntur.

[32] Ac pericula quidem vulnerum haec sunt. Vetus autem ulcus scalpello concidendum est, excidendaeque eius orae, et, quicquid super eas livet, aequae incidendum. Si varicula intus est, quae id sanari prohibet, ea quoque excidenda. Deinde, ubi sanguis emissus novatumque vulnus est, eadem curatio adhibenda, quae in recentibus vulneribus exposita est. Si scalpello aliquis uti non vult, potest sanare id emplastrum, quod ex ladano fit, et cum ulcus sub eo exesum est, id, quo cicatrix inducitur.

[33a] Id autem, quod erysipelas vocari dixi, non solum vulnere supervenire sed sine hoc quoque oriri consuevit, atque interdum periculum maius adfert, utique si circa cervices aut caput constitit. - Oportet, si vires patiuntur, sanguinem mittere; deinde imponere simul reprimentia et refrigerantia, maximeque cerussam solani suco, aut Cimoliam cretam aqua pluviali exceptam; aut ex eadem aqua subactam farinam cupresso adiecta aut, si tenerius corpus est, lenticulam.

[33b] Quicquid inpositum est, betae folio contegendum et super linteolum frigida aqua madens inponendum. Si per se refrigerantia parum proderunt, miscenda erunt hoc modo: sulphuris P.*I; cerussae, croci singulorum P.*X<II S.>; eaque cum vino conterenda sunt, et id his inlinendum: aut si durior locus est, solani folia contrita suillae adipi miscenda sunt et inlita linteolo superinicienda.

[33c] At si nigrities est nequedum serpit, imponenda sunt, quae carnem putrem lenius edunt, repurgatumque ulcus sic ut cetera nutriendum est. Si magis putre est, iamque procedit <ac serpit,> opus est vehementius erodentibus. Si ne haec quidem evincunt, aduri locus debet, donec ex eo nullus umor feratur: nam quod sanum est, siccum est, cum aduritur.

[33d] Post ustionem putris ulceris superponenda sunt, quae crustas a vivo resolvant: eas escharas Graeci nominant. Ubi eae exciderunt, purgandum ulcus maxime melle et resina est: sed aliis quoque purgari potest, quibus purulenta curantur; eodemque modo ad sanitatem perducendum est.

[34a] Gangrenam vero, si nondum plane tenet, sed adhuc incipit, curare non difficillimum est, utique in corpore iuvenili; et magis etiam si muscoli integri sunt, si nervi vel laesi non sunt vel leviter adfecti sunt, neque ullus magnus articulus nudatus est, aut carnis in eo loco paulum est, ideoque non multum, quod putresceret, fuit, consistitque eo loco vitium; quod maxime fieri in digito potest. —

[34b] In eiusmodi casu primum est, si vires patiuntur, sanguinem mittere; deinde quicquid aridum est et intentione quadam proximum quoque locum male habet, usque eo [sanum corpus] concidere. Medicamenta vero, dum malum serpit, adhibenda nulla sunt, quae pus movere consuerunt; ideoque ne aqua quidem calida. Gravia quoque, quamvis reprimantia, aliena sunt; sed his quam levissimis opus est; superque ea, quae inflammata sunt, utendum est refrigerantibus.

[34c] Si nihilo magis malum constitit, uri, quod est inter integrum ac vitiatum locum, debet: praecipueque in hoc casu petendum non a medicamentis solum sed etiam a victus ratione praesidium est: neque enim id malum nisi corrupti vitiosique corporis est. Ergo primo, nisi inbecillitas prohibet, abstinentia utendum; deinde danda quae per cibum potionemque alvum ideoque etiam corpus adstringant, sed ea levia. Postea si vitium constitit, inponi super vulnus eadem debent, quae in putri ulcere praescripta sunt.

[34d] Ac tum quoque ut plenioribus cibus uti licebit ex media materia, sic tamen non nisi alvum corpusque siccantibus; aqua vero pluvia[tii]li frigida. Balneum, nisi iam certa fiducia redditae sanitatis est, alienum est: siquidem emollitum in eo vulnus cito rursus eodem malo adficitur. Solent vero nonnumquam nihil omnia auxilia proficere ac nihilo minus serpere is cancer. Inter quae, miserum sed unicum auxilium est, ut cetera pars corporis tuta sit, membrum, quod paulatim emoritur, abscidere.

[35a] Hae gravissimorum vulnerum curationes sunt. Sed ne illa quidem negligenda, ubi integra cute interior pars conlisa est; <aut ubi derasum adtritumve aliquid est;> aut ubi surculus corpori infixus est; aut ubi tenue sed

altum vulnus insedit. In primo casu commodissimum est malicorium ex vino coquere, interioremque eius partem conterere et cerato miscere ex rosa facto, idque superponere: deinde, ubi cutis ipsa exasperata est, inducere lene medicamentum, quale lipara est.

[35b] Dera<s>so vero detritoque imponendum est emplastrum tetrpharmacum, minuendusque cibus et vinum subtrahendum. Neque id, quia non habebit altiores ictus, contemnendum erit: siquidem ex eiusmodi casibus saepe cancri fiunt. Quod si levius id erit et in parte exigua, contenti esse poterimus eodem leni medicamento. Surculum vero, si fieri potest, oportet vel manu vel etiam ferramento eicere. Si vel praefractus est vel altius descendit, quam ut id ita fieri possit, medicamento evocandus est.

[35c] Optime autem educit superinposita harundinis radix, si tenera est, protinus contrita; si iam durior, ante in mulso decocta; cui semper mel adiciendum est aut aristolochia cum eodem melle. Pessima ex surculis harundo est, quia aspera est: eademque offensa etiam in f<i>lice est. Sed usu cognitum est utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita superinposita est. Facit autem idem in omnibus surculis, quodcumque

medicamentum extrahendi vim habet. Idem altis tenuibusque vulneribus aptissimum est. Priori rei Philocratis, huic Hecataei emplastrum maxime convenit. [36a] Ubi vero in quolibet vulnere ventum ad inducendam cicatricem est, quod per-purgatis iam repletisque ulceribus necessarium est, primum ex aqua frigida lin<a>mentum, dum caro alitur; deinde iam, cum continenda est, <siccum imponen-

dum est,> donec cicatrix inducatur. Tum deligari super album plumbum oportet quo et reprimatur cicatrix et colorem maxime corpori sano similem accipit.

[36b] Idem radix silvestris cucumeris praestat, idem compositio, quae habet: elateri P.*I; spumae argenti P.*II; unguenti pondo*III. Quae excipiuntur resina terebenthina, donec emplastrum crassitudo ex omnibus fiat. Ac nigras quoque cicatrices leniter purgant paribus portionibus mixta aerugo, plumbum elotum, eademque rosa coacta; sive unguitur cicatrix, quod in facie fieri potest; sive id ut emplastrum inponitur, quod in aliis partibus commodius est.

[36c] At si vel excrevit cicatrix vel concava est, stultum est decoris causa rursus et dolorem et medicinam sustinere. Alioqui res utrique succurri patitur, siquidem utraque cicatrix exulcerari scalpello potest. Si medicamentum aliquis mavult, idem efficiunt compositiones eae, quae corpus exedunt. Cute exulcerata super eminentem carnem exedentia medicamenta coicienda sunt, super concavam implentia, donec utrumque ulcus sanae cuti aequetur; et tum cicatrix inducatur.

Vokabelhilfen:



I) Celsus: De medicina VII 1 (Prooemium. De chirurgica, et qui in ea clauerint, et qualis esse chirurgus debeat, et quid hoc in libro describatur.

<http://www.intratext.com/X/LAT0382.HTM>

1. Tertiam esse medicinae partem, quae MANU curet, et vulgo notum et a me propositum est.
2. Ea non quidem medicamenta atque victus rationem omittit, sed manu tamen plurimum praestat, estque eius effectus inter omnes medicinae partes evidentissimus.
3. Siquidem in morbis, cum multum fortuna conferat, eademque saepe salutaria, saepe vana sint, potest dubitari, secunda valetudo medicinae an corporis an *** beneficio contigerit.
4. In is quoque, in quibus medicamentis maxime nitimur, quamvis profectus evidentior est, tamen sanitatem et per haec frustra quaeri et sine his reddi saepe manifestum est: sicut in oculis quoque deprehendi potest, qui a medicis diu vexati sine his interdum sanescunt.
5. At in ea parte, quae manu curat, evidens omnem profectum, ut aliquid ab aliis adiuvetur, hinc tamen plurimum trahere. Haec autem pars cum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinae Hippocrate quam a prioribus excolta est.

6. Deinde posteaquam diducta ab aliis habere professores suos coepit, in Aegypto quoque Philoxeno maxime increvit auctore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissime comprehendit. Gorgias quoque et Sostratus et Heron et Apollonii duo et Hammonius Alexandrini multique alii celebres viri singuli quaedam reperierunt.
7. Ac Romae quoque non mediocres professores, maximeque nuper Tryphon pater et Evelopistus et, ut scriptis eius intellegi potest, horum eruditissimus Meges quibusdam in melius mutatis aliquantum ei disciplinae adiecerunt.
8. Esse autem chirurgus debet adulescens aut certe adulescentiae propior; manu strenua, stabili, nec umquam intremescente, eaque non minus sinistra quam dextra promptus; acie oculorum acri claraque; animo intrepidus; misericors sic, ut sanari velit eum, quem accepit, non ut clamore eius motus vel magis quam res desiderat properet, vel minus quam necesse est secet; sed perinde faciat omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius adfectus oriatur.
9. Potest autem requiri, quid huic parti proprie vindicandum sit, quia vulnerum quoque ulcerumque multorum curationes, quas alibi executus sum, chirurgi sibi vindicant.
10. Ego eundem quidem hominem posse omnia ista praestare concipio; atque ubi se diviserunt, eum laudo qui quam plurimum percepit. Ipse autem huic parti ea reliqui, in quibus vulnus facit medicus, non accipit, et in quibus vulneribus ulceribusque plus profici manu quam medicamento credo; tum quicquid ad ossa pertinet.
11. Quae deinceps exequi adgrediar, dilatisque in aliud volumen ossibus, in hoc cetera explicabo; praepositisque is, quae IN QUALIBET CORPORIS PARTE fiunt, ad ea, quae proprias sedes habent, transibo.

Vokabelhilfen:



m) Celsus: De medicina- prooemium

<http://www.intratext.com/X/LAT0382.HTM>

1. Ut alimenta sanis corporibus agricultura, sic sanitatem aegris medicina promittit. Haec nusquam quidem non est, siquidem etiam inperitissimae gentes herbas aliaque promta in auxilium vulnerum morborumque noverunt.
2. Verum tamen apud Graecos aliquanto magis quam in ceteris nationibus exculpta est, ac ne apud hos quidem a prima origine, sed paucis ante nos saeculis. Ut pote cum vetustissimus auctor Aesculapius celebretur, qui

quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in deorum numerum receptus est.

3. Huius deinde duo filii Podalirius et Machaon bello Troiano ducem Agamemnonem secuti non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt; quos tamen Homerus non in pestilentia neque in variis generibus morborum aliquid adtulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit.

4. Ex quo apparet has partes medicinae solas ab is esse temptatas, easque esse vetustissimas.

Eodem vero auctore disci potest morbos tum ad iram deorum immortalium relatos esse, et ab isdem opem posci solitam verique simile est inter *** nulla auxilia adversae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse ob bonos mores, quos neque desidia neque luxuria vitiant;

5. siquidem haec duo corpora prius in Graecia, deinde apud nos adflixerunt ideoque multiplex ista medicina, neque olim neque apud alias gentes necessaria, vix aliquos ex nobis ad senectutis principia perducit.

Ergo etiam post eos, de quibus rettuli, nulli clari viri medicinam exercuerunt, donec maiore studio litterarum disciplina agitari coepit;

6. quae ut animo praecipue omnium necessaria, sic corpori inimica est.

Primoque medendi scientia sapientiae pars habebatur, ut et morborum curatio et rerum naturae contemplatio sub isdem auctoribus nata sit:

7. scilicet is hanc maxime requirentibus, qui corporum suorum robora quieta cogitatione nocturnaue vigilia minuerant. Ideoque multos ex sapientiae professoribus peritos eius fuisse accipimus, clarissimos vero ex is Pythagoran et Enpedoclen et Democritum.

8. Huius autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hippocrates Cous, primus ex omnibus memoria dignus, a studio sapientiae disciplinam hanc separavit, vir et arte et facundia insignis. Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras et Chrysippus, tum Herophilus et Erasistratus sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias processerint.

9. Isdemque temporibus in tres partes medicina diducta est, ut una esset quae victu, altera quae medicamentis, tertia quae manu mederetur. Primam diaithtikhn secundam farmakeutikhn tertiam ceirourgikhn Graeci nominarunt. Eius autem, quae victu morbos curat, longe clarissimi auctores etiam altius quaedam agitare conati, rerum quoque naturae sibi cognitionem vindicarunt, tamquam sine ea trunca et debilis medicina esset.

10. Post quos Serapion, primus omnium nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam professus, in usu tantum et experimentis eam posuit. Quem Apollonius et Glaucias et aliquanto post Heraclides Tarentinus et alii non mediocres viri secuti ex ipsa professione se empiricos appellaverunt.

11. Sic in duas partes ea quoque, quae victu curat, medicina divisa est, aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi vindicantibus, nullo vero quicquam post eos, qui supra comprehensi sunt, agitante, nisi quod acceperat, donec Asclepiades medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex cuius successoribus Themison nuper ipse quoque quaedam in senectute deflexit. Et per hos quidem maxime viros salutaris ista nobis professio increvit.

12. Quoniam autem ex [tribus] medicinae partibus ut difficillima, sic etiam clarissima est ea, quae morbis medetur, ante omnia de hac dicendum est. Et quia prima in eo dissensio est, quod alii sibi experimentorum tantummodo notitiam necessariam esse contendunt, alii nisi corporum rerumque ratione comperta

non satis potentem usum esse proponunt, indicandum est, quae maxime ex utraque parte dicantur, quo facilius nostra quoque opinio interponi possit.

13. Igitur ii, qui RATIONALEM medicinam profitentur, haec necessaria esse proponunt: abditarum et morbos continentium causarum notitiam, deinde evidentium; post haec etiam naturalium actionum, novissime partium interiorum.

14. Abditas causas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis nostra corpora sint, quid secundam, quid adversam valetudinem faciat. Neque enim credunt posse eum scire, quomodo morbos curare conveniat, qui unde sint ignoret; neque esse dubium quin alia curatione opus sit, si ex quattuor principiis vel superans aliquod vel deficiens adversam valetudinem creat, ut quidam ex sapientiae professoribus dixerunt:

15. alia, si in umidis omne vitium est, ut Herophilo visum est; alia, si in spiritu, ut Hippocrati; alia, si sanguis in eas venas, quae spiritui accommodatae sunt, transfunditur et inflammationem, quam Graeci flegmonhn nominant, excitat, eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, ut Erasistrato placuit;

16. alia, si manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudunt, ut Asclepiades contendit: eum vero recte curaturum, quem prima origo causae non fefellerit. Neque vero infitiantur experimenta quoque esse necessaria, sed ne ad haec quidem aditum fieri potuisse nisi ab aliqua ratione contendunt:

17. non enim quilibet antiquiores viros aegris inculcasse, sed cogitasse quid maxime conveniret, et id usu explorasse, ad quod ante coniectura aliqua duxisset. Neque interesse, an nunc iam pleraque explorata sint ***, si a consilio tamen coeperunt. Et id quidem in multis ita se habere. Saepe vero etiam nova incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc usus ostenderit et ideo necessarium sit animadvertere, unde ea coeperint; sine quo nemo reperire mortalium possit, cur hoc quam illo potius utatur. Et ob haec quidem in obscuro positas causas persecuntur.

18. Evidentes vero has appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit an frigus, fames an satietas, et quae similia sunt: occurrentium enim vitio dicunt eum, qui originem non ignoravit.

19. Naturales vero corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus et emittimus, cibum potionemque et adsumimus et concoquimus, itemque per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur. Tum requirunt etiam, quare venae nostrae modo summittant se, modo attollant; quae ratio somni, quae vigiliae sit; sine quorum notitia neminem putant vel occurrere vel mederi morbis inter haec nascentibus posse.

20. Ex quibus quia maxime pertinere ad rem concoctio videtur, huic potissimum insistunt; et duce alii Erasistrato teri cibum in ventre contendunt, alii Plistonico Praxagorae discipulo putrescere; alii credunt Hippocrati per calorem cibos concoqui; acceduntque Asclepiadis aemuli, qui omnia ista vana et supervacua esse proponunt: nihil enim concoqui, sed crudam materiam, sicut adsumpta est, in corpus omne diduci.

21. Et haec quidem inter eos parum constant: illud vero convenit, alium dandum cibum laborantibus, si hoc, alium, si illud verum est: nam si teritur intus, eum quaerendum esse, qui facillime teri possit; si putrescit, eum, in quo hoc expeditissimum est; si calor concoquit, eum, qui maxime calorem movet:

22. at nihil ex his esse quaerendum, si nihil concoquitur, ea vero sumenda, quae maxime manent, qualia adsumpta sunt. Eademque ratione, cum spiritus

gravis est, cum somnus aut vigilia urguet, eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa qualiter eveniant perceperit.

23. Praeter haec, cum in interioribus partibus et dolores et morborum varia genera nascantur, neminem putant his adhibere posse remedia, qui ipsas ignoret. Ergo necessarium esse incidere corpora mortuorum, eorumque viscera atque intestina scrutari; longeque optime fecisse Herophilum et Erasistratum, qui nocentes homines a regibus ex carcere acceptos vivos inciderint,

24. considerarintque etiamnum spiritu remanente ea, quae natura ante clausisset, eorumque positum, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, levorem, contactum, processus deinde singulorum et recessus, et sive quid inseritur alteri, sive quid partem alterius in se recipit:

25. neque enim, cum dolor intus incidit, scire quid doleat eum, qui, qua parte quodque viscus intestinumve sit, non cognoverit neque curari id, quod aegrum est, posse ab eo, qui quid sit ignoret; et cum per vulnus alicuius viscera patefacta sunt, eum, qui sanae cuiusque colorem partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit;

26. ita ne succurrere quidem posse corruptis. Aptiusque extrinsecus inponi remedia conpertis interiorum et sedibus et figuris cognitaque eorum magnitudine; similesque omnia, quae posita supra sunt, rationes habere. Neque esse crudele, sicut plerique proponunt, hominum nocentium et horum quoque paucorum suppliciis remedia populis innocentibus saeculorum omnium quaeri.

27. Contra ii, qui se ENPIRICOS ab experientia nominant, evidentes quidem causas ut necessarias amplectuntur: obscurarum vero causarum et naturalium actionum quaestionem ideo supervacuum esse contendunt, quoniam non comprehensibilis natura sit.

28. Non posse vero comprehendere patere ex eorum, qui de his disputarunt, discordia, cum de ista re neque inter sapientiae professores, neque inter ipsos medicos conveniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat quam Herophilo? cur huic potius quam Asclepiadi?

29. Si rationes sequi velit, omnium posse videri non improbabiles; si curationes, ab omnibus his aegros perductos esse ad sanitatem. Ita neque disputationi neque auctoritati cuiusquam fidem derogari oportuisse. Etiam sapientiae studiosos maximos medicos esse, si ratiocinatio hoc faceret: nunc illis verba superesse, deesse medendi scientiam.

30. Differre quoque pro natura locorum genera medicinae, et aliud opus esse Romae, aliud in Aegypto, aliud in Gallia. Quod si morbos haec [causae] facerent, quae ubique eadem essent, eadem remedia quoque ubique esse debuissent. Saepe etiam causas apparere, ut puta lippitudinis, vulneris, neque ex his patere medicinam.

31. Quod si scientiam hanc non subiciat evidens causa, multo minus eam posse subicere, quae in dubio est.

Cum igitur illa incerta, incomprehensibilis sit, a certis potius et exploratis petendum esse praesidium, id est is, quae experientia in ipsis curationibus docuerit, sicut in ceteris omnibus artibus.

32. Nam ne agricolam quidem aut gubernatorem disputatione sed usu fieri. Ac nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere eo quoque disci, quod qui diversa de his senserint, ad eandem tamen sanitatem homines perduxerint: id enim fecisse, quia non ab obscuris causis neque a naturalibus actionibus,

quae apud eos diversae erant, sed ab experimentis, prout cuique responderant, medendi vias traxerint.

33. Ne inter initia quidem ab istis quaestionibus deductam esse medicinam, sed ab experimentis: aegrorum enim, qui sine medicis erant, alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum adsumpsisse, alios propter fastidium abstinuisse; levatumque magis eorum morbum esse, qui abstinerant.

34. Itemque alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eam, alios post remissionem eius; optime deinde iis cessisse, qui post finem febris id fecerant; eademque ratione alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore, alios exiguo; gravioresque eos factos, qui se implerant.

35. Haec similiaque cum cottidie inciderent, diligentes homines notasse quae plerumque melius responderent; deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse. Sic medicinam ortam, subinde aliorum salute, aliorum interitu perniciose discernentem a salutaribus.

36. Repertis deinde iam remediis, homines de rationibus eorum disserere coepisse; nec post rationem medicinam esse inventam, sed post inventam medicinam rationem esse quaesitam. Requirere etiam se, ratio idem doceat quod experientia an aliud: si idem, supervacua esse; si aliud, etiam contrariam. Primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse; nunc vero iam explorata esse; neque aut nova genera morborum reperiri, aut novam desiderari medicinam.

37. Quod si iam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris, sed eum protinus visurum cui morbo id proximum sit, temptaturumque remedia similia illis, quae vicino malo saepe succurrerint, et per eius similitudines opem reperturum.

38. Neque enim se dicere medicum consilio non egere et irrationale animal hanc artem posse praestare; sed has latentium rerum coniecturas ad rem non pertinere, quia non intersit, quid morbum faciat, sed quid tollat; neque ad rem pertineat, quomodo, sed quid optime digeratur, sive hac de causa concoctio incidat sive illa, et sive concoctio sit illa sive tantum digestio.

39. Neque quaerendum esse quomodo spiremus, sed quid gravem et tardum spiritum expediat; neque quid venas moveat, sed quid quaeque motus genera significant. Haec autem cognosci experimentis. Et in omnibus eiusmodi cogitationibus in utramque partem disseri posse; itaque ingenium et facundiam vincere, morbos autem non eloquentia sed remediis curari. Quae si quis elinguis usu discreta bene norit, hunc aliquanto maiorem medicum futurum, quam si sine usu linguam suam excoluerit.

40. Atque ea quidem, de quibus est dictum, supervacua esse tantummodo: id vero, quod restat, etiam crudele, vivorum hominum alvum atque praecordia incidi, et salutis humanae praesidem artem non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre; cum praesertim ex his, quae tanta violentia quaerantur, alia non possint omnino cognosci, alia possint etiam sine scelere.

41. Nam colorem, levorem, mollitiem, duritiem, similiaque omnia non esse talia inciso corpore, qualia integro fuerint, quia, cum corpora inviolata sint, haec tamen metu, dolore, inedia, cruditate, lassitudine, mille aliis mediocribus adfectibus saepe mutantur; multo magis veri simile esse interiora, quibus maior mollities, lux ipsa nova sit, sub gravissimis vulneribus et ipsa trucidatione mutari.

42. Neque quicquam esse stultius, quam quale quidque vivo homine est, tale existimare esse moriente, immo iam mortuo. Nam uterum quidem, qui minus ad rem pertineat, spirante homine posse diduci: simul atque vero ferrum ad

praecordia accessit et discissum transversum saeptum est, quod membrana quaedam est quae superiores partes ab inferioribus diducit (diafragma Graeci vocant), hominem animam protinus amittere: ita mortui demum praecordia et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari utique necesse est tale, quale mortui sit, non quale vivi fuit.

43. Itaque consequi medicum, ut hominem crudeliter iugulet, non ut sciat, qualia vivi viscera habeamus. Si quid tamen sit, quod adhuc spirante homine conspectu subiciatur, id saepe casum offerre curantibus. Interdum enim gladiatorem in arena vel militem in acie vel viatorem a latronibus exceptum sic vulnerari, ut eius interior aliqua pars aperiat, et in alio alia; ita sedem, positum, ordinem, figuram, similiaque alia cognoscere prudentem medicum, non caedem sed sanitatem molientem, idque per misericordiam discere, quod alii dira crudelitate cognorint.

44. Ob haec ne mortuorum quidem lacerationem necessariam esse (quae etsi non crudelis, tamen foeda sit), cum aliter pleraque in mortuis se habeant; quantum vero in vivis cognosci potest, ipsa curatio ostendat.

45. Cum haec per multa volumina perque magnas contentionis [disputationes] a medicis saepe tractata sint atque tractentur, subiciendum est, quae proxima vero videri possint. Ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia, sed media quodammodo inter diversas sententias; quod in plurimis contentionibus deprehendere licet sine ambitione verum scrutantibus: ut in hac ipsa re.

46. Nam quae demum causae vel secundam valetudinem praestent, vel morbos excitent, quo modo spiritus aut cibus vel trahatur vel digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, sed coniectura persecuntur. Cuius autem rei non est certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non potest.

47. Verumque est ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre quam experientiam. Quamquam igitur multa sint ad ipsas artes proprie non pertinentia, tamen eas adiuvant excitando artificis ingenium: itaque ista quoque naturae rerum contemplatio, quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit perfectumque. Verique simile est et Hippocraten et Erasistratum, et quicumque alii non contenti [sint] febres et ulcera agitare rerum quoque naturam aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse, verum ideo quoque maiores medicos extitisse.

48. Ratione vero opus est ipsi medicinae, etsi non inter obscuras causas neque inter naturales actiones, tamen saepe ***: est enim haec ars coniecturalis. Neque respondet ei plerumque non solum coniectura sed etiam experientia et interdum non febris, non +cibus, non somnus subsequitur, sicut adsuevit.

49. Rarius sed aliquando morbus quoque ipse novus est: quem non incidere manifeste falsum est, cum aetate nostra *** quae ex naturalibus partibus carne prolapsa et arente intra paucas horas exspiraverit, sic ut nobilissimi medici neque genus mali neque remedium invenerint.

50. Quos ego nihil temptasse iudico, quia nemo in splendida persona periclitari coniectura sua voluerit, ne occidisse, nisi servasset, videretur: veri tamen simile est potuisse aliquid cogitare, detracta tali verecundia, et fortasse responsurum fuisse id, quod aliquis esset expertus.

51. Ad quod medicinae genus neque semper similitudo aliquid confert, et si quando confert, tamen id ipsum rationale est, inter similia genera et morborum et remediorum cogitare, quo potissimum medicamento sit utendum. Cum igitur

talis res incidit, medicus aliquid oportet inveniat, quod non utique fortasse sed saepius tamen etiam respondeat.

52. Petet autem novum quodque consilium non ab rebus latentibus (istae enim dubiae et incertae sunt), sed ab iis, quae explorari possunt, id est evidentibus causis. Interest enim fatigatio morbum an sitis, an frigus an calor, an vigilia an fames fecerit, an cibi vinique abundantia, an intemperantia libidinis.

53. Neque ignorare hunc oportet, quae sit aegri natura, umidum magis an magis siccum corpus eius sit, validi nervi an infirmi, frequens adversa valetudo an rara, eaque, cum est, vehemens esse soleat an levis, brevis an longa; quod is vitae genus sit secutus, laboriosum an quietum, cum luxu an cum frugalitate: ex his enim similibusque saepe curandi nova ratio ducenda est.

54. Quamvis ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam controversiam recipiant. Nam et Erasistratus non ex illis causis fieri morbos dixit, quoniam et alii et idem alias post istas non febricitarent; et quidam medici saeculi nostri sub auctore, ut ipsi videri volunt, Themisone contendunt nullius causae notitiam quicquam ad curationes pertinere; satisque esse quaedam communia morborum intueri.

55. Siquidem horum tria genera esse, unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modo parum excernere aegros, modo nimium, modo alia parte parum, alia nimium: haec autem genera morborum modo acuta esse, modo longa, et modo increscere, modo consistere, modo minui.

56. Cognito igitur eo, quod ex his est, si corpus adstrictum est, digerendum esse; si profluvio laborat, continendum; si mixtum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo. Et aliter acutis morbis medendum, aliter vetustis, aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter iam ad sanitatem inclinatis.

57. Horum observationem medicinam esse; quam ita finiunt, ut quasi viam quandam quam meqodon nominant, eorumque, quae in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendunt. Ac neque rationalibus se neque experimenta tantum spectantibus adnumerari volunt, cum ab illis eo nomine dissentiant, quod in coniectura rerum latentium nolunt esse medicinam; ab his eo, quod parum artis esse in observatione experimentorum credunt.

58. Quod ad Erasistratum pertinet, primum ipsa evidentia eius opinioni repugnat *** quia raro nisi post horum aliquid morbus venit; deinde non sequitur, ut, quod alium non adficit aut eundem alias, id ne alteri quidem aut eidem tempore alio noceat. Possunt enim quaedam subesse corpori vel ex infirmitate eius vel ex aliquo adfectu, quae vel in alio non sunt, vel in hoc alias non fuerunt eaque per se non tanta, ut concitent morbum, tamen obnoxium magis aliis iniuriis corpus efficiant.

59. Quod si contemplationem rerum naturae, quam temere medici isti sibi vindicant, satis comprehendisset, etiam illud scisset, nihil omnino ob unam causam fieri, sed id pro causa adprehendi, quod contulisse plurimum videtur. Potest autem id, dum solum est, non movere, quod iunctum aliis maxime moveat.

60. Accedit ad haec, quod ne ipse quidem Erasistratus, qui transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit idque nimis repleto corpore incidere, repperit, cur ex duobus aequè repletis alter in morbum incideret, alter omni periculo vacaret; quod cotidie fieri apparet.

61. Ex quo disci potest, ut vera sit illa transfusio, tamen illam non per se, cum plenum corpus est, fieri, sed cum horum aliquid accesserit.

62. Themisonis vero aemuli, si perpetua quae promittunt habent, magis etiam quam ulli rationales sunt. Neque enim, si quis non omnia tenet, quae rationalis

alius probat, protinus alio [novo] nomine artis indiget, si modo, (quod primum est,) non memoriae soli sed rationi quoque insistit.

63. Si, vero quod propius est, vix ulla perpetua praecepta medicinalis ars recipit, idem sunt quod ii, quos experimenta sola sustinent; eo magis quoniam, compresserit aliquem morbus an fuderit, quilibet etiam inperitissimus videt: quid autem compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est medicus; si, ut ei, qui se rationalem negat, confiteri necesse est, ab experientia, empiricus.

64. Ita apud eum morbi cognitio extra artem, medicina intra usum est; neque adiectum quicquam empiricorum professioni, sed demptum est, quoniam illi multa circumspiciunt, hi tantum facillima, et non plus quam vulgaria.

65. Nam et ii, qui pecoribus ac iumentis medentur, cum propria cuiusque ex mutis animalibus nosse non possint, communibus tantummodo insistunt; et exterae gentes, cum suptilem medicinae rationem non noverint, communia tantum vident; et qui ampla valetudinaria nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt.

66. Neque Hercules istud antiqui medici nescierunt, sed his contenti non fuerunt. Ergo etiam vetustissimus auctor Hippocrates dixit mederi oportere et communia et propria intuentem. Ac ne isti quidem ipsi intra suam professionem consistere ullo modo possunt: siquidem et compressorum et fluentium morborum genera diversa sunt; faciliusque id in iis, quae fluunt, inspicere potest.

67. Aliud est enim sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere; aliud deiectionibus, aliud torminibus laborare; aliud sudore digeri, aliud tabe consumi. Atque in partes quoque umor erumpit, ut oculos aurisque; quo periculo nullum humanum membrum vacat. Nihil autem horum sic ut aliud curatur.

68. Ita protinus in his a communi fluentis morbi contemplatione ad propriam medicina descendit. Atque in hac quoque rursus alia proprietatis notitia saepe necessaria est; quia non eadem omnibus etiam in similibus casibus opitulantur: siquidem certae quaedam res sunt, quae in pluribus ventrem aut adstringunt aut resolvunt. Inveniuntur tamen, in quibus aliter atque in ceteris idem eveniat: in his ergo communium inspectio contraria est, propriorum tantum salutaris.

69. Et causae quoque aestimatio saepe morbum solvit. Ergo etiam ingeniosissimus saeculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Cassius febricitanti cuiusdam et magna siti adfecto, cum post ebrietatem eum premi coepisse cognosset, aquam frigidam ingessit; qua ille epota cum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno et sudore discussit.

70. Quod auxilium medicus opportune providit non ex eo, quod aut adstrictum corpus erat aut fluebat, sed ex ea causa, quae ante praecesserat. Estque etiam proprium aliquid et loci et temporis istis quoque auctoribus: qui, cum disputant, quemadmodum sanis hominibus agendum sit, praecipiant, ut gravibus aut locis aut temporibus magis vitetur frigus, aestus, satietas, labor, libido; magisque ut conquiescat isdem locis aut temporibus, si quis gravitatem corporis sensit, ac neque vomitu stomachum neque purgatione alvum sollicitet.

71. Quae vera quidem sunt; a communibus tamen ad quaedam propria descendunt, nisi persuadere nobis volunt sanis quidem considerandum esse, quod caelum, quod tempus anni sit, aegris vero non esse; quibus tanto magis omnis observatio necessaria est, quanto magis obnoxia offensiva infirmitas est.

Quin etiam morborum in isdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt; et qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis saepe restituitur.

72. Plurimaque in dando cibo discrimina reperiuntur, ex quibus contentus uno ero. Nam famem facilius adulescens quam puer, facilius in denso caelo quam in tenui, facilius hieme quam aestate, facilius uno cibo quam prandio quoque adsuetus, facilius inexercitatus quam exercitatus homo sustinet:

73. saepe autem in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat. Ob quae conicio eum, qui propria non novit, communia tantum debere intueri; eumque, qui nosse proprietates potest, non illas quidem oportere negligere, sed his quoque insistere; ideoque, cum par scientia sit, utiliorem tamen medicum esse amicum quam extraneum.

74. Igitur, ut ad propositum meum redeam, rationalem quidem puto medicinam esse debere, instrui vero ab evidentibus causis, obscuris omnibus non ab cogitatione artificis sed ab ipsa arte reiectis. Incidere autem vivorum corpora et crudele et supervacuum est, mortuorum discentibus necessarium: nam positum et ordinem nosse debent, quae cadaver melius quam vivus et vulneratus homo repraesenta[n]t. Sed et cetera, quae modo in vivis cognosci possunt, in ipsis curationibus vulneratorum paulo tardius sed aliquanto mitius usus ipse monstrabit.

75. His propositis, primum dicam, quemadmodum sanos agere conveniat, tum ad ea transibo, quae ad morbos curationesque eorum pertinebunt.

Vokabelhilfen:

1. siquidem – da ja

promptus, a, um – bereit, geeignet

2. excolo 3. ausbilden

utpote cum – da ja

Aesculapius (gr. Asklepios) - Gott der Heilkunde; Zeichen für A. ist die Schlange oder der von einer Schlange umwundene Stab, der Äskulapstab.

rudis, e – roh, unentwickelt

3. tantummodo – nur

propono 3.- darlegen, behaupten

4. is = iis

refero, referre – zurückführen auf

isdem = iisdem

solitam scil. esse

veri similis, e – wahrscheinlich

valetudo, inis f. – Gesundheitszustand

contingo 3. – berühren, (wieder)erlangen

vitia(ve)runt

vitio 1. – verderben

5. siquidem im HS – nämlich, da ja

haec duo ist Subjekt

7. scilicet – es ist klar, selbstverständlich, nämlich

is = iis

professor,oris m. – Lehrer

accipio 3.- annehmen; erfahren

Pathagoras war Philosoph u. Geometriker (6.Jh. v. Chr.)

Empedokles war Philosoph u. Arzt im 5. Jh. v. Chr. Aus den 4 Urstoffen Feuer, Wasser, Luft u. Erde ist die Welt entstanden

Demokritos war Philosoph des 5./4. Jh. v. Chr..Die Atomlehre geht auf ihn zurück.

8. Hippokrates war der größte Mediziner der alten Welt, ca. 460 – 370 v. Chr., „Eid des Hippokrates“

facundia, ae f. – Beredsamkeit

Diokles war ein griech. Mediziner des 2. Jh. v. Chr.

Herophilos war ein Mediziner des 3 Jh. v. Chr.

Erasistratos war Mediziner, des 3. Jh. v. Chr.

9. diduco 3. – teilen

nomina(ve)runt, vindica(ve)runt

truncus, a, um – verstümmelt

debilis,e – kraftlos

10. Serapion war Mediziner des 3. Jh. v. Chr.

Glaukias war Kommentator der Werke von Hippokrates

post(ea)

Herakleides ist ein berühmter „Empiriker“, lebte im 1. Jh. v. Chr.

11 comprehendo 3. – erfassen, erwähnen

Asklepiades – kam um 90 v. Chr. nach Rom und lehrte dort Beredsamkeit. Später war er Arzt.

nuper – neulich

professio onis f. – Wissenschaft

12 ratio onis f. – theoret. Wissen

contineo 2. – in sich enthalten, wesentlich bedingen

novissime (Adv.)- schließlich

13 profiteor 2. –

14 rationalis medicina -

propono 3. – darlegen

abditus, a, um – verborgen

evidens, ntis – eindeutig

notitia ae f. - Kenntnis



n) Celsus: De medicina I, 4 (De iis, qui aliqua parte corporis laborant, et primum de iis, quibus caput infirmum est) <http://www.intratext.com/X/LAT0382.HTM>

1. Proximum est, ut de iis dicam, qui partes aliquas corporis inbecillas habent. Cui caput infirmum est, is si bene concoxit, leniter perfricare id mane manibus suis debet; numquam id, si fieri potest, veste velare; ad cutem tonderi.

2. Utileque lunam vitare, maximeque ante ipsum lunae solisque concursus; sed nusquam post cibum ***. Si cui capilli sunt, cottidie pectere, multum ambulare, sed, si licet, neque sub tecto neque in sole; ubique autem vitare solis ardorem, maximeque post cibum et vinum; potius unqui quam lavari, numquam ad flammam unqui, interdum ad prunam. Si in balineum venit, sub veste primum paulum in tepidario insudare, ibi unqui; tum transire in caldarium; ubi sudavit, in solium non descendere, sed multa calida aqua per caput se totum perfundere, tum tepida, deinde frigida. diutiusque ea caput quam ceteras partes perfundere; deinde id aliquamdiu perfricare, novissime detergere et unquere.

3. Capiti nihil aequè prodest atque aqua frigida: itaque is, cui hoc infirmum est, per aestatem id bene largo canali cotidie debet aliquamdiu subicere. Semper autem, etiamsi sine balineo unctus est neque totum corpus refrigerare sustinet, caput tamen aqua frigida perfundere: sed cum ceteras partes attingi nolit, demittere id, ne ad cervices aqua descendat; eamque, ne quid oculis aliisve partibus noceat, defluentem subinde manibus [ad os] regerere.

4. Huic modicus cibus necessarius est, quem facile concoquat; isque, si ieiuno caput laeditur, adsumendus etiam medio die est; si non laeditur, semel potius. Bibere huic adsidue vinum dilutum leve quam aquam magis expedit, ut, cum caput gravius esse coeperit, sit quo confugiat.

5. Eique ex toto neque vinum neque aqua semper utilia sunt: medicamentum utrumque est, cum in vicem adsumitur. Scribere, legere, voce contendere huic opus non est, utique post cenam; post quam ne cogitatio quidem ei satis tuta est; maxime tamen vomitus alienus est.

Vokabelhilfen :



o) Celsus: De medicina I 8 (Quae agenda sint stomacho laborantibus.)

<http://www.intratext.com/X/LAT0382.HTM>

1. Si quis vero stomacho laborat, legere clare debet et post lectionem ambulare; tum pila et armis aliove quo genere, quo superior pars movetur, exerceri;

non aquam sed vinum calidum bibere ieiunus; cibum bis die adsumere, sic tamen ut facile concoquat; uti vino tenui et austero, et si post cibum, frigidis potius potionibus.

2. Stomachum autem infirmum indicant pallor, macies, praecordiorum dolor, nausea, et nolentium vomitus, ieiuno dolor capitis; quae in quo non sunt, is firmi stomachi est. Neque credendum utique nostris est, qui cum in adversa valetudine vinum aut frigidam aquam concupiverunt, deliciarum patrocini in accusatione[m] non merentis stomachi habent.

3. At qui tarde concocunt, et quorum ideo praecordia inflantur, quive propter ardorem aliquem noctu sitire consuerunt, ante quam conquiescant duos tresve cyathos per tenuem fistulam bibant. Prodest etiam adversus tardam concoctionem clare legere, deinde ambulare, tum vel unqui vel lavari; adsidue vinum frigidum bibere, et post cibum magnam potionem, sed, ut supra dixi, per siphonem; deinde omnes potiones aqua frigida includere.

4. Cui vero cibus acescit, is ante eum bibere aquam egelidam debet et vomere: at si cui ex hoc frequens deiectio incidit, quotiens alvus ei constiterit, frigida potione potissimum utatur.

Vokabelhilfen:



p) **Celsus: De medicina IV 7** (De faucium morbis.)

<http://www.intratext.com/X/LAT0382.HTM>

1. Ut hoc autem morbi genus circa totam cervicem, sic alterum aequae pestiferum acutumque in faucibus esse consuevit. Nostri anginam vocant: apud Graecos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor neque tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur: id sunagchn vocant. Interdum lingua faucesque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultus est: id kunagch vocant. Illa communia sunt: aeger non cibum devorare, non potionem potest, spiritus eius intercluditur.

2. Levius est, ubi tumor tantummodo ruborque est, cetera non secuntur: id parasunagchn appellant. - Quicquid est, si vires patiuntur, sanguis mittendus

est; si non abundat, secundum est ducere alvum. Cucurbitula quoque recte sub mento et circa fauces admovetur, ut id, quod stranqulat, evocet. Opus est deinde fomentis umidis: nam sicca spiritum elidunt. Ergo admovere spongas oportet, quae melius in calidum oleum quam in calidam aquam subinde demittuntur; efficacissimumque est hic quoque salis calidus sucus.

3. Tum commodum est hysopum vel nepetam vel thumum vel apsinthium vel etiam furfures aut ficus aridas aut mulsam aquam decoquere, eaque gargarizare; post haec palatum unquere vel felle taurino vel eo medicamento, quod ex moris est. Polline etiam +si piperis id recte respergitur. Si per haec parum proficitur, ultimum est incidere satis altis plagis sub ipsis maxillis supra collum, vel in palato citra uvam, vel eas venas, quae sub lingua sunt, ut per ea vulnera morbis erumpat. Quibus si non fuerit aeger adiutus, scire licet malo victum esse.

4. Si vero his morbis levatus est, iamque fauces et cibum et spiritum capiunt, facilis ad bonam valetudinem recursus est. Atque interdum natura quoque adiuvat, si ex angustiore sede vitium transit in latiore; itaque rubore et tumore in praecordiis orto scire licet fauces liberari. Quicquid autem eas levavit, incipiendum est ab umidis, maximeque aqua mulsa decocta: deinde adsumendi molles et non acres cibi sunt, donec fauces ad pristinum habitum revertantur.

5. Vulgo audio, si quis pullum hirundinum ederit, angina toto anno non periclitari; servatumque eum ex sale, cum is morbus urget, comburi, carbonemque eius contritum in aquam mulsam, quae potui datur, infriari et prodesse. Id cum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quicquam periculi possit, quamvis in monumentis medicorum non legerim, tamen inserendum huic operi meo credidi.

Vokabelhilfen:



q) Celsus: De medicina 3,6,5-6 (Fieber)

Sed cum tempora cibo potionique febris et remissionis ratio det, non est expeditissimum scire, quando aeger febricitet, quando melior sit, quando deficiat; sine quibus dispensari illa non possunt. Venis enim maxime credimus, fallacissimae rei, quia saepe istae leniores celerioresve sunt et aetate et sexu et corporum natura. Et plerumque satis sano corpore, <si> stomachus infirmus est, nonnumquam etiam incipiente febre, subeunt et quiescunt, ut inbecillus is videri possit, cui facile laturo gravis instat accessio. Contra saepe eas

concitare solet balneum et exercitatio et metus et ira et quilibet alius animi adfectus, adeo ut, cum primum medicus venit, sollicitudo aegri dubitantis, quomodo illi se habere videatur, eas moveat. Ob quam causam periti medici est non protinus ut venit adprehendere manu brachium, sed primum desiderare hilari vultu percontarique, quemadmodum se habeat, et si quis eius metus est, eum probabili sermone lenire, tum deinde eius corpori manum admovere. Quas venas autem conspectus medici movet, quam facile mille res turbant.

Vokabelhilfen:

potio potionis, f - das Trinken

febris febris, f - Fieber

remissio remissionis, f - Nachlassen, Entspannung, Erholung

expeditus a um - unbehindert, leichtbewaffnet, leicht

quando - wann

aeger aegra aegrum – krank; Subst.: der Kranke

febricito 1. – Fieber haben, fiebern

deficio 3. schlechter gehen

sine quibus = sine febris

dispenso 1. – bestimmen, ordnen

illa – Nom.Pl.n.

vena -ae, f - Ader, Puls

fallax fallacis - trügerisch

lenis lene - mild, lind, sanft, ruhig, langsam

-ve - oder

sexus -us, m - Geschlecht

natura -ae, f - Natur, Wesen

plerumque - meistens

stomachus -i, m - Magen

infirmitas a um - schwach, kraftlos, geschwächt, krank

nonnumquam - bisweilen, manchmal

incipiente febre – Abl. abs. (Abl. –e statt klassischem febris der i-Dekl.)

subeo, subire, subii,subitum - hier: schwach sein

quiesco 3. ,quievi,quietum – ruhen

imbecillus 3 - schwach

insto 1. ,institi,- - stehen auf, stehen bleiben, bevorstehen, drohen

cui...laturō –

accessio onis f. – Anfall

contra (Adv.) – dagegen

eas sc. venas

concito 1. - antreiben, aufregen, erregen, beschleunigen

balneum -i,n - Bad

exercitatio exercitationis,f – Übung

metus us m. - Furcht

quilibet quaelibet quodlibet - jeder beliebige

affectus -us,m - Gemütsverfassung, Stimmung

adeo - so sehr, so weit, bis dahin (Adv.)

cum (primum) - sobald

sollicitudo sollicitudinis,f - Kummer, Besorgnis, Sorge, Unruhe

illi = medico

se habere – sich befinden

ob quam causam – deswegen

est + Gen. possess. – es ist ein Zeichen von, es ist typisch für

peritus 3 - erfahren

protinus - unverzüglich (Adv.)

bracchium i n. - Arm

apprehendo 3. ,apprehendi,apprehensum - ergreifen

desido 3. desedi– sich hinsetzen

hilaris hilare - heiter, froh, vergnügt

vultus us m. – Gesicht

percontor 1.- sich erkundigen

quemadmodum - auf welche Weise, wie

si quis ...metus = si qui ..metus « wenn irgendeine Furcht »

probabilis probabile - tauglich, gut

lenio 4.,lenivi,lenitum - mildern, lindern, beruhigen

admoveo 2. ,admovi,admotum + Dativ - heranbewegen, legen auf

conspectus -us,m - Anblick, Blick, Blickfeld

turbo 1. - verwirren, stören

q) Hyginus: Fabulae CCLXXVIII (Quomodo puella Atheniensis medicinae studuerit) Originaltext steht im Internet z.Zt. nicht zur Verfügung.


r) Theodorus Priscianus (ca. 400 n.Chr. Naturheilkundliches Werk mit magischen Einschlägen): Euporista I, 16, 46 (De doloribus dentium)

Dolores dentium finus asini siccus et tritus pro dentifricio statim minuit. Mixtus quoque cum aceto, ore diutius retentus, aequè profuit. Etiam betarum sucus calidus similiter adiuvit et decoctio cucumeris agrestis radicis in vino, similiter etiam nitrum cum oleo tritum et decoctio rosarum in vino vel rubi in aceto. Si omnes dentes doluerint, cedriam in ore teneat, et statim leniuntur. Si vero dentes molares doluerint, parietariae herbae radicis sucus in balneis ore contineatur, et statim adiuvat.

Vokabelhilfen:



s) Gellius: Noctes Atticae XV,7,2 (De climacterico anno)



VII. Observatum esse in senibus sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum; atque inibi super eadem observatione e-xemplum adpositum epistulae divi Augusti ad Gaium filium

I. Observatum in multa hominum memoria expertumque est senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitae annum cum periculo et clade aliqua venire ut corporis morbique gravioris aut vitae interitus aut animi aegritudinis.

II. Propterea, qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, eum aetatis annum appellant klimakterikon.

III. Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum epistularum divi Augusti, quas ad Gaium nepotem suum scripsit, legeremus duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle et simplici, id ipsum in quadam epistula super eodem anno scriptum offendimus; eiusque epistulae exemplum hoc est "IX Kal. Octobris.

Ave, mi Gai, meus asellus iucundissimus, quem semper medius fidius desidero, cum a me abes. Set praecipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Gaium, quem, ubicumque hoc die fuisti, spero laetum et bene valentem celebrasse quartum et sexagesimum natalem meum. Nam, ut vides, klimaktera communem seniorum omnium tertium et sexagesimum annum evasimus. Deos autem oro, ut, mihi quantumcumque superest temporis, id salvis nobis traducere liceat in statu reipublicae felicissimo andragathounton hymon kai diadechomenon stationem meam"., **quod annum fere aetatis tertium et**

Vokabelhilfen:



t) Macrobius: Saturnalia VII,15,2-7(stomachus)

- 1) Dixit enim divisas esse vias devorandas cibatus et potui, et cibum quidem per stomachum trahi, potum vero per ajrthriuan, quae tracei'a dicitur fibris pulmonis inlabi.
- 2) Quod tantum virum vel aestimasse vel in libros rettulisse mirandum est vel potius dolendum.
- 3) Unde Erasistratus, medicorum veterum nobilissimus, in eum iure invec-tus est dicens rettulisse illum longe diversa quam ratio deprehendit.
- 4) Duas enim esse fistulas instar canalium, easque ab oris faucibus profi-cisci deorsum, et per earum alteram induci delabique in stomachum es-culenta omnia et poculenta, ex eoque ferri in ventriculum, qui cge ap-pellatur hJ kavtw koiliva, atque illic subigi digerique, ac deinde aridiora ex his recrementa in alvum convenire, quod Graece kovlon dicitur, huidiora autem per renes in vesicam trahi.
- 5) Et per alteram de duabus superioribus fistulam, quae Graece appella-tur tracei'a ajrthriua, spiritum a summo ore in pulmonem atque inde rur-sum in os et in nares commeare, perque eandem vocis fieri meatum.
- 6) Ac ne potus cibusve aridior, quem oporteret in stomachum ire, pro-cideret ex ore labereturque in eam fistulam per quam spiritus reciproca-tur, ex eaque offensione intercluderetur animae vie, inpositam esse arte quadam et ope naturae eipiglwtivda, quasi claustrum mutuuum utriusque fistulae, quae sibi sunt cohaerentes: eamque eipiglwtivda in-ter edendum bibendumque operire ac protegere th`n tracei'an ajrthriuan, ne quid ex esca potuve incideret in illud quasi aestuantis animae iter, ac propterea nihil humoris influere in pulmonem ore ipso arteriae communito.

Vokabelhilfen:



u) Plinius d. J.: Ep. I,12

C. PLINIUS TIRONI SUO S.

lacturam gravissimam feci, si iactura dicenda est tanti viri amissio. Decessit Corellius Rufus et quidem sponte, quod dolorem meum exulcerat. Est enim luctuosissimum genus mortis, quae non ex natura nec fatalis videtur.

Nam utcumque in illis qui morbo finiuntur magnum ex ipsa necessitate solacium est, in iis vero quos accersita mors aufert, hic insanabilis dolor est, quod creduntur potuisse diu vivere.

Corellium quidem summa ratio, quae sapientibus pro necessitate est, ad hoc consilium compulit, quamquam plurimas vivendi causas habentem, optimam conscientiam, optimam famam, maximam auctoritatem, praeterea filiam, uxorem, nepotem, sorores interque tot pignora veros amicos.

Sed tam longa, tam iniqua valetudine conflictabatur, ut haec tanta pretia vivendi mortis rationibus vincerentur. Tertio et tricensimo anno, ut ipsum audiebam, pedum dolore correptus est. Patrius hic illi; nam plerumque morbi quoque per successiones quasdam, ut alia, traduntur.

Hunc abstinentia, sanctitate, quoad viridis aetas, vicit et fregit; novissime cum senectute ingravescentem viribus animi sustinebat, cum quidem incredibilis cruciatus et indignissima tormenta pateretur.

Iam enim dolor non pedibus solis, ut prius, insidebat, sed omnia membra pervagabatur. Veni ad eum Domitiani temporibus in suburbano iacentem.

Servi e cubiculo recesserunt. Habebat hoc moris, quotiens intrasset fidellor amicus; quin etiam uxor, quamquam omnis secreti capacissima, digrediebatur.

Circumtulit oculos et: "Cur" inquit "me putas hos tantos dolores tam sustinere? Ut scilicet isti latroni vel uno die supersim." Dedisses huic animo par corpus, fecisset, quod optabat. Adfuit tamen deus voto, cuius ille compos, ut iam securus liberque moriturus, multa illa vitae, sed minora retinacula abruptit. Increverat valetudo, quam temperantia mitigare temptavit, perseverantem constantia fugit. Iam dies alter, tertius, quartus; abstinebat cibo. Misit ad me uxor eius Hispulla communem amicum C. Geminium cum tristissimo nuntio, destinasse Corellium mori nec aut suis aut filiae precibus inflecti, solum superesse me, a quo revocari posset ad vitam.

Cucurri. Perveneram in proximum, cum mihi ab eadem Hispulla Iulius Atticus nuntiat nihil iam ne me quidem impetraturum, tam obstinate magis ac magis induruisse.

Dixerat sane medico admoventi cibum: " κέκρικα ", quae vox quantum admirationis in animo meo tantum desiderii reliquit.

Cogito, quo amico, quo viro caream. Implevit quidem annum septimum et sexagesimum, quae aetas etiam robustissimis satis longa est; scio. Evasit perpetuam vale-

tudinem; scio. Decessit superstitibus suis, florente re publica, quae illi omnibus carior erat; et hoc scio.

Ego tamen tamquam et iuvenis et firmissimi morte doleo; doleo autem (licet me imbecillum putes) meo nomine. Amisi enim, amisi vitae meae testem, rectorem, magistrum. In summa dicam, quod recenti dolore contubernali meo Calvisio dixi: "Vereor, ne neglegentius vivam."

Proinde adhibe solacia mihi, non haec "senex erat, infirmus erat" (haec enim novi), sed nova aliqua, sed magna, quae audierim numquam, legerim numquam. Nam, quae audivi, quae legi, sponte succurrunt, sed tanto dolore superantur.

Vale.

Vokabelhilfen:



C. Plinius grüßt seinen Tiro (Übers. von Helmut Kasten 1979) Ich habe einen sehr schweren Verlust erlitten, wenn man den Verlust eines so bedeutenden Mannes einfach einen Verlust nennen kann. Corellius Rufus ist aus dem Leben geschieden, und zwar freiwillig, was meinen Schmerz noch verschlimmert. Ist es doch besonders traurig, wenn der Tod nicht natürlich und schicksalhaft erscheint.

Denn bei denen, die von einer Krankheit dahingerafft werden, liegt immerhin ein starker Trost eben in der Unabwendbarkeit; bei denen, die ein freiwilliger Tod entführt, ist der Schmerz darüber unheilbar, weil man glaubt, sie hätten noch lange leben können.

Corellius sah sich von höchster Vernunft, die dem Weisen als Notwendigkeit gilt, zu diesem Entschluß getrieben, obwohl er viele Gründe hatte, am Leben zu hängen, ein reines Gewissen, den besten Ruf, hohes Ansehen, außerdem eine Tochter, eine Frau, einen Enkel und neben all diesen Unterpfindern der Liebe echte Freunde. Aber ihn plagte eine so langwierige, quälende Krankheit, daß diese Reize, die ihn ans Leben fesselten, von den Gründen, in den Tod zu gehen, aufgewogen wurden. Im 33. Lebensjahre ist er, wie ich von ihm selbst gehört habe, von der Gicht befallen worden. Das war ein Erbübel vom Vater her; wie andre Dinge, werden ja oft auch Krankheiten durch mehrere Generationen vererbt.

Solange er in der Blüte der Jahre stand, gelang es ihm, durch Enthaltbarkeit und geregelte Lebensweise sein Leiden zu besiegen und zu entkräften; in der letzten Zeit, als es mit dem Alter schlimmer wurde, suchte er es durch eiserne Willenskraft zu bändigen, obwohl er unglaubliche Qualen und abscheuliche Martern erlitt.

Denn der Schmerz saß jetzt nicht mehr wie früher allein in den Füßen, sondern durchströmte alle Glieder. Ich habe ihn noch zur Zeit Domitians besucht, als er in seinem Suburbanum darniederlag.

Die Sklaven verließen das Zimmer - das pflegte er so zu halten, wenn ein besonders vertrauter Freund eintrat -, sogar seine Gattin, die doch in alle Geheimnisse eingeweiht war, zog sich zurück.

Er ließ seine Augen umherschweifen und sagte dann: "Warum ertrage ich diese entsetzlichen Schmerzen wohl so lange? Natürlich nur, um diesen Strolch jedenfalls um einen Tag zu überleben." Hätte man diesem Geist einen ebenbürtigen Körper gegeben, er hätte ausgeführt, was er ersehnte. Doch Gott erhörte seinen Wunsch, und als er ihn erfüllt sah und nunmehr unbesorgt und frei sterben konnte, da zerriß er die vielen, doch allzu lockeren Bande des Lebens.

Sein Leiden hatte sich weiter verschlimmert; er suchte es wieder durch Maßhalten zu lindern; als es anhielt, brachte er den Mut auf, sich ihm zu entziehen. Schon den zweiten, dritten, vierten Tag verweigerte er die Nahrungsaufnahme. Da schickte seine Gattin Hispulla unsern gemeinsamen Freund C. Geminius zu mir mit der erschütternden Botschaft, Corellius sei fest entschlossen zu sterben und lasse sich weder durch ihre noch durch ihrer Tochter Bitten davon abbringen; ich sei jetzt der einzige, der ihn noch ins Leben zurückrufen könne.

Ich machte mich eilends auf den Weg, war bereits ganz in der Nähe, als mir wieder Hispulla durch Iulius Atticus sagen ließ, auch ich würde nichts mehr ausrichten, so starrsinnig habe er sich darauf versteift. Als der Arzt ihm zu essen geben wollte, hatte er gesagt: "Mein Entschluß steht fest!", ein Wort, das in meiner Seele tiefen Schmerz, aber auch hohe Bewunderung auslöste.

Ich weiß, welch treuen Freund, welch großen Mann ich in ihm verloren habe. 67 Jahre alt ist er geworden, selbst für Kerngesunde ein recht hohes Alter, gewiß! Er hat sich endlosem Siechtum entzogen, richtig! Er ist heimgegangen, während seine Lieben noch am Leben waren und der Staat wieder aufblühte, der ihm mehr galt als alle seine Lieben; auch das weiß ich.

Trotzdem schmerzt mich sein Tod wie der eines Mannes in den besten Jahren, schmerzt mich - magst Du mich gleich für einen Schwächling halten - ganz persönlich. Denn ich habe den Augenzeugen, den Lenker und Lehrer meines Lebens verloren. Um es in ein Wort zu fassen, wiederhole ich, was ich in frischem Schmerz zu meinem Freund Calvisius gesagt habe: "Ich befürchte, daß ich mich jetzt gehen lasse."

Darum sprich mir Trost zu; aber komm mir nicht mit "er war ein alter Mann und gebrechlich" - das weiß ich ja selbst -, sondern bring' etwas Neues, Wirksames, was ich noch nie gehört, noch nie gelesen habe. Denn was ich gehört und gelesen habe, kommt mir ohnehin in den Sinn, verfehlt aber bei so tiefem Schmerz seine Wirkung. Leb' wohl!

v) Nepos: De viris illustribus XXV, 21(Atticus)

Tali modo cum VII et LXX annos complisset atque ad extremam senectutem non minus dignitate quam gratia fortunaque crevisset - multas enim hereditates nulla alia re quam bonitate consecutus est - tantaque prosperitate usus esset valetudinis, ut annis XXX medicina non indignisset, nactus est morbum, quem: initio et ipse et medici contempserunt. Nam putarunt esse tenesmon, cui remedia celeria faciliaque proponebantur. In hoc cum tres menses sine ullis doloribus, praeterquam quos ex curatione capiebat, consumpsisset, subito tanta vis morbi in imum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistulae puris eruperint. Atque hoc priusquam ei accideret, postquam in dies dolores accrescere febresque accessisse sensit, Agrippam generum ad se accersi iussit et cum eo L. Cornelium Balbum Sextumque Peducaeam. Hos ut venisse vidit, in cubitum innixus 'Quantam' inquit 'curam diligentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos testes habeam, nihil necesse est pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam, ut spero, satisfacere, me nihil reliqui fecisse, quod ad sanandam me pertineret, reliquum est, ut egomet mihi consulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi stat alere morbum desinere. Namque his diebus quidquid cibi sumpsi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores sine spe salutis. Quare a vobis peto, primum, ut consilium probetis meum, deinde, ne frustra dehortando impedire conemini'.

Cornelius Nepos, De viris illustribus. XXV: Atticus. Deutsche Übersetzung aus: Cornelius Nepos, Berühmte Männer. Aus dem Lat. übersetzt und mit einer Einleitung, Erläuterungen, einer Zeittafel, einem Namensverzeichnis und Literaturhinweise versehen von Gerhard Wirth, München 1992⁷, S. 147 - 164.

So hatte er 77 Jahre vollendet. Mit seinem Ansehen waren auch Einfluss und Vermögen gewachsen, und viele Erbschaften wurden ihm nur wegen seiner großen menschlichen Güte vermacht. Zeitlebens war er so gesund gewesen, dass er 30 Jahre hindurch keine Medizin benötigt hatte. Da befiel ihn eine Krankheit. Er selbst und die Ärzte waren anfangs unbesorgt; man nahm Darmreizung an und verschrieb leichte, schnellwirkende Heilmittel. Nachdem er drei Monate ohne Schmerzen - außer denen der Heilbehandlung natürlich - verbracht hatte, griff die Krankheit plötzlich mit aller Kraft auf die Eingeweide über, und zuletzt brachen am Unterleib eitrige Geschwüre hervor. Aber bereits vorher, als er fühlte, dass die Schmerzen

wuchsen und Fieber hinzutrat, hatte er seinen Schwiegersohn Agrippa, dazu L. Cornelius Balbus und Sextus Peducaeus zu sich rufen lassen. Sobald er sah, dass sie gekommen waren, stützte er sich auf den Ellenbogen auf und sprach: "Da ihr alle Zeugen seid, brauche ich nicht eigens hervorzuheben, welche Sorge ich in der letzten Zeit darauf verwendet habe, meine Gesundheit zu erhalten. Nachdem ich, wie ich hoffe, alles getan habe, was zu meiner Wiederherstellung dient, bleibt mir nun nichts mehr übrig, als dass ich selbst nach einer Lösung für mich suche. Ich wollte euch darüber nicht im Zweifel lassen: Es ist meine Absicht, nicht länger die Krankheit zu nähren, nachdem ich mit all den Speisen, die ich in den letzten Tagen zu mir nahm, lediglich das Leben hinausgezögert und die Schmerzen vermehrt habe, ohne Hoffnung auf Rettung zu gewinnen. Euch aber bitte ich, meinen Plan zu billigen, fernerhin, mich nicht durch sinnloses Mahnen an meinem Vorhaben zu hindern."

w) Seneca: Epistulae XV,95, 15ff. (De morbis)

Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent; paulatim deinde in hanc pervenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum tunc illam minus negotii habuisse firmis adhuc solidisque corporibus et facili cibo nec per artem voluptatemque corrupto: qui postquam coepit non ad tollendam sed ad iritandam famem quaeri et inventae sunt mille conditurae quibus aviditas excitaretur, quae desiderantibus alimenta erant onera sunt plenis. [16] Inde pallor et nervorum vino madentium tremor et miserabilior ex cruditatibus quam ex fame macies; inde incerti labantium pedes et semper qualis in ipsa ebrietate titubatio; inde in totam cutemumor admissus distensusque venter dum male adsuescit plus capere quam poterat; inde suffusio luridae bilis et decolor vultus tabesque ~in se~putrescentium et retorrudi digiti articulis obrigescentibus nervorumque sine sensu iacentium torpor aut palpitatio [corporum] sine intermissione vibrantium. [17] Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta et cerebri exaestuantis verminationes et omnia per quae exoneramur internis ulceribus adfecta? Innumerabilia praeterea febrium genera, aliarum impetu saevientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore et multa membrorum quassatione venientium? [18] Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriae? Immunes erant ab istis malis qui nondum se delicis solverant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu defatigati aut venatu aut tellure versanda; excipiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non posset. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum supellectile nec tot ferramentis atque puxidibus. Simplex erat ex causa simplici valetudo: multos morbos multa fericula fecerunt. [19] Vide quantum rerum per unam gulam transiturarum permisceat luxuria, terrarum marisque vastatrix. Necesse est itaque inter se tam diversa dissideant et hausta male digerantur aliis alio nitentibus. Nec mirum quod inconstans variusque ex discordi cibo morbus est et illa ex contrariis naturae partibus in eundem compulsa <ventrem> redundant. Inde tam novo aegrotamus genere quam vivimus.

[20] Maximus ille medicorum et huius scientiae conditor feminis nec capillos defluere dixit nec pedes laborare: atqui et capillis destituuntur et pedibus aegrae sunt. Non mutata feminarum natura sed victa est; nam cum virorum licentiam aequaverint, corporum quoque virilium incommoda aequarunt. [21] Non minus pervigilant, non minus potant, et oleo et mero viros provocant; aequae invitae ingesta visceribus per os redundant et vinum omne vomitu remetiuntur; aequae nivem rodunt, solacium stomachi aestuantis. Libidine vero ne maribus quidem cedunt: pati natae (di illas deaeque male perdant!) adeo perversum commentae genus inpudicitiae viros ineunt. Quid ergo mirandum est maximum medicorum ac naturae peritissimum in mendacio prendi, cum

tot feminae podagricaе calvaeque sint? Beneficium sexus sui vitiis perdiderunt et, quia feminam exuerant, damnatae sunt morbis virilibus.

[22] Antiqui medici nesciebant dare cibum saepius et vino fulcire venas cadentis, nesciebant sanguinem mittere et diutinam aegrotationem balneo sudoribusque laxare, nesciebant crurum vinculo brachiorumque latentem vim et in medio sedentem ad extrema revocare. Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum genera, cum essent periculorum paucissima. [23] Nunc vero quam longe processerunt mala valetudinis! Has usuras voluptatum pendimus ultra modum fasque concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis: cocos numerata. Cessat omne studium et liberalia professi sine ulla frequentia desertis angulis praesident; in rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est: at quam celebres culinae sunt, quanta circa nepotum focos <se> iuventus premit! [24] Transeo puerorum infelicitum greges quos post transacta convivialia cubiculi contumeliae expectant; transeo agmina exoletorum per nationes coloresque discripta ut eadem omnibus levitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis cui rector est coma crispulis misceatur; transeo pistorum turbam, transeo ministratorum per quos signo dato ad inferendam cenam discurritur. Di boni, quantum hominum unus venter exercet! [25] Quid? tu illos boletos, voluptarium venenum, nihil occulti operis iudicas facere, etiam si praesentanei non fuerunt? Quid? tu illam aestivam nivem non putas callum iocineribus obducere? Quid? illa ostrea, inertissimam carnem caeno saginatam, nihil existimas limosae gravitatis inferre? Quid? illud sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe praecordia? Quid? illa purulenta et quae tantum non ex ipso igne in os transferuntur iudicas sine noxa in ipsis visceribus extinguere? Quam foedi itaque pestilentesque ructus sunt, quantum fastidium sui exhalantibus crapulam veterem! scias putrescere sumpta, non concoqui. [26] Memini fuisse quondam in sermone nobilem patinam in quam quidquid apud lautos solet diem ducere prope-rans in damnum suum popina congesserat: veneriae spondylique et ostrea eatenus circumcisa qua eduntur intervenientibus distinguebantur ~echini totam destructique~ sine ullis ossibus nulli constraverant. [27] Piget esse iam singula: coguntur in unum saporibus. In cena fit quod fieri debebat in ventre: expecto iam ut manducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est, testas excerpere atque ossa et dentium opera cocum fungi? 'Gravest luxuriari per singula: omnia semel et in eundem saporibus versa ponantur. Quare ego ad unam rem manum porrigam? plura veniant simul, multorum ferculorum ornamenta coeant et cohaereant. [28] Sciant protinus hi qui iactationem ex istis peti et gloriam aiebant non ostendi ista sed conscientiae dari. Pariter sint quae disponi solent, uno iure perfusa; nihil intersit; ostrea, echini, spondyli, nulli perturbati concoctique ponantur.' Non esset confusior vomentium cibus. [29] Quomodo ista perplexa sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur sed inexplicabiles, diversi, multiformes, adversus quos et medicina armare se coepit multis generibus, multis observationibus.

Idem tibi de philosophia dico. Fuit aliquando simplicior inter minora peccantis et levi quoque cura remediabiles: adversus tantam morum eversionem omnia conanda sunt. Et utinam sic denique lues ista vincatur! [30] Non privatim solum sed publice furimus. Homicidia conpescimus et singulas caedes: quid bella et occisarum gentium gloriosum scelus? Non avaritia, non crudelitas modum novit. Et ista quamdiu furtim et a singulis fiunt minus noxia minusque monstrosa sunt: ex senatus consultis plebisque scitis saeva exercentur et publice iubentur vetata privatim. [31] Quae clam commissa capite luerent, tum quia paludati fecere laudamus. Non pudet homines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno et bella gerere gerendaque liberis tradere, cum in-

ter se etiam mutis ac feris pax sit. [32] Adversus tam potentem explicitumque late furorem operosior philosophia facta est et tantum sibi virium sumpsit quantum iis adversus quae parabatur accesserat. Expeditum erat obiurgare indulgentis mero et petentis delictiorem cibum, non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus a qua paullum discesserat:

Vokabelhilfen:



x) Der Arzt im Altertum:

<http://www.fortunecity.de/lindenpark/caesarenstrasse/540/orbis/staat/arzt.html>

<http://www.thomas-golnik.de/orbis/realien/arzt.html>

y) Vom Ansehen des Arztes in der Antike

<http://www.hom.shuttle.de/hom/spg/roep-062.htm>

z) Die Heilkunst in Novaesium (Neuß): <http://www.novaesium.de/heilkunde.htm>

ä) einige Vokabeln für Mediziner (lateinisch und griechisch); beachten Sie auch <http://www.mediwoo.net/t-online/lexikon1.php3?b=I> und <http://www.webmic.de/zellaufbau2.htm>

abdomen inis n	Bauch
abducens ntis	wegziehend
aberrans ntis	abweichend
abscessus us m.	Weggang, Abszess (Abscessus sudoriparus-Schweißdrüsenabszess)
accessorius a um	hinzukommend
acer acris acre	rauh, scharf
acidus, a, um	scharf, sauer, bitter (Unguentum acidi borici - Borsalbe)
actio onis f.	Handlung (Aktionsstrom = bei der Tätigkeit des Muskels entstehender Strom)
acumen inis n	Spitze
acusticus a um	das Hören betreffend
acutus, a, um	scharf, spitz, akut (Margo acutus lienis – der scharfe, gekerbte Milzvorderrand)
adductio onis f.	Heranführen (kongenitale Adduktionsdefekte – angeborene Beweglichkeitsdefekte)
adductor oris m.	Anzieher (A. longus – langer Oberschenkelanzieher; A. digiti quinti manus – Kleinfinger-

	abzieher)
aden m	Drüse
adeps adipis f	Fett
adhaerere, PPP: adhaesum	festhängen (Adhäsion; adhärent – verwachsen)
adhaesio onis f	Verwachsung
adipositas atis f	Fettsucht
adiposus, a, um	fettreich (Adipositas – Fettsucht; Capsula adiposa – Fettkapsel der Niere)
aditus us m	Zugang, Eingang
aegrotus, a, um	krank
aer aeris m	Luft
afferens ntis	zuführend
aisthesis eos f (gr.)	Sinneswahrnehmung
akusis (gr.)	Gehör
ala ae f.	Flügel, Achsel (Ala nasi – Nasenflügel)
albumen inis n	das Weiße
algor oris m	Kältegefühl
algos us n (gr.) (auch: algos i)	Schmerz
alimentum i n.	Nahrung(smittel) (Alimentäranämie = durch Nahrungsschäden entstandene Blutarmut der Kinder)
alvus i m.	Unterleib (Incontinentia alvi – unfreiwilliger Abgang des Stuhls)
ampulla ae f	Ausbuchtung
anaemia ae f.	Anämie = Blutarmut
aner andros m (gr.)	Mann
angeion u n (gr.)	Gefäß
angina ae f.	Angina
angulus l m.	Ecke, Winkel (Angulus mandibulae – Unterkieferwinkel)
anima ae f	Seele
animal is n	Tier, Lebewesen
ante	vor
antebracchium i n.	Unterarm
anthropos u m (gr.)	Mensch
antrum i n	Hohlraum
anulus i m	kleiner Ring
anus i m	Ring, After
aorta ae f.	Aorta
apertura ae f	Öffnung
apertus a um	offen (Apertura – Öffnung ; apertive Mittel - eröffnende Abführmittel, appetitsteigernde Mittel)
apex icis m	Spitze
apparatus us m	Apparat
appendix icis f	Anhang
aqua ae f	Wasser
arcus us m	Bogen
area ae f	Bezirk
arrector oris m.	Aufrichter
ars artis f	Kunst
arteria ae f.	Arterie, Schlagader
arthritis –idis f	akute Gelenkentzündung
arthron u n (gr.)	Gelenk
arthrosis is f	chron. Gelenkerkrankung
articulatio onis f	Gelenk
articulus i m.	Gelenk, Knoten, Knöchel
ascendens ntis	aufsteigend
ascites ae m	Bauchwassersucht
atrium i n	Vorhof
auditio onis f	Hören

auditivus a um	auf das Gehör bezogen
auditus us m	Gehör, Hörvermögen
auricula ae f	kleines Ohr
auris is f	Ohr
auscultare	abhorchen (Auskultation – Behorchung durch Stethoskop)
axilla ae f	Achselhöhle
bacillus i m	Stäbchen
bacteria ae f	Stäbchen
balanos u m (gr.)	Eichel
balneum, i n.	Bad
basis is f (gr. basis eos f)	Grundfläche
benignus a um	gutartig
bibere	trinken (Imbibition = blutige Durchtränkung der Innenhaut der Blutgefäße; Durchtränkung, Einsickern von Flüssigkeit in feste Teile)
biceps bicipis	zweiköpfig
bifurcatio onis f	Gabelung
bilis is f	Galle
bios u m (gr.)	Leben
blepharon u n (gr.)	Augenlid
bracchium i n.	Oberarm
brevis e	kurz (Caput breve – kurzer Kopf beim Bizeps)
bronchus i m.	Luftröhrenzweig
bucca ae f	Backe
bulbus, i m.	Anschwellung (bulbus aortae Anschwellung der Aorta)
bursa ae f	Beutel
cadaver eris n	Leichnam
caecus, a, um	blind (Intestinum caecum – Blinddarm)
calcaneus i m	Fersenbein
calcar aris n	Sporn
calcarinus a um	zum Sporn gehörig
calculus i m	Stein, Konkrement
calix icis m.	Kelch (Calices renales – Nierenkelche)
calor oris m.	Wärme
calx calcis f	Ferse
canaliculus i m	kl. Röhre
canalis is f	Röhre
cancer, cancri m.	Krebs
capillus i m.	Haar (Kapillarbronchitis – Katarrh der feinsten Luftröhrenzweige)
capitatus a um	mit einem Kopf versehen
capitulum i n	Köpfchen
capsula ae f	Kapsel
caput itis n.	Kopf (C. quadratum – eckiger Schädel bei Rachitis)
carcinoma ae f (gr. Ursprungs)	Krebs
caries ei f	Fäulnis
caro carnis m/f	Fleisch
carpeus a um	zur Handwurzel gehörig
carpus, i m.	Handwurzel
cartilago, inis f.	Knorpel (C. nasi – Nasenknorpel)
caruncula ae f	Erhebung
casus us m	(Krankheits)Fall
cauda ae f	Endteil
caudalis e	steißwärts gelegen
cavatio onis f	Höhlung
caverna ae f	Höhle

cavitas atis f	Höhlung
cavus, a, um/ cavum i n	hohl (Vena cava – Hohlvene)/ Höhle
celer celeris celere	schnell (Pulsus celer)
cephalicus a um (gr. Fremdwort)	den Kopf betreffend
cerebellum, i n.	Kleinhirn
cerebrum, i n.	Gehirn, Großhirn
chirurgia ae f.	Chirurgie
chirurgus i m.	Chirurg
chroma chromatosis n (gr.)	Farbe
cilium, i n.	Augenlid, -wimper
clavicula, ae f.	Schlüsselbein
collum i n.	Hals (C. costae – Rippenhals)
colon i n.	Dickdarm
compositus, a, um	zusammengesetzt
coniungere	zus.binden (Konjunctiva = Bindehaut des Auges)
consilium i n.	Beratung
consultare	beratschlagen, befragen
consumere, o, consumpsi, consumptum	verwenden, verbrauchen (Consumptio - Auszehrung, Schwindsucht)
contagiosus, a, um	ansteckend
contractio onis f.	Zusammenziehung, Verkürzung, Naht (Kontraktion = wulstförmige Verdickung des Muskels)
contrahere	zusammenziehen
cor cordis n.	Herz, Verstand (C. nervosum – nervöse Herzbeschwerden)
corpus oris n.	Körper (C. alienum – Fremdkörper; C. liberum – freier Körper im Gelenk)
cortex icis m.f.	Kork, Baumrinde (Cortex cerebri – Großhirnrinde)
costa, ae f.	Rippe
cranium, i n.	Schädel
crus cruris n.	Schenkel (C. cerebri – Großhirnschenkel)
cubare	liegen (Inkubation – Zweit zw. Ansteckung u. Ausbruch der Krankheit)
cubitus i m.	Ellbogen (Cubitus varus – übermäßige Ulnarflexion des Vorderarmes)
depressio onis f.	Herabdruicken (depressorische Nervenfasern= den Druck herabsetzende N.)
dexter, dextra, dextrum	rechts (Dextropositio – Lage der Gebärmutter auf der re. Seite)
digitus i m.	Finger, Zehe (Digitalkompression = Abdrücken von Schlagadern mit dem Finger)
dilatare	(klinisch) erweitern= dilatieren
dilatatio onis f.	Erweiterung (Dilatation= Erweiterung der Vorhöfe o. beider Herzkammern)
dilatator oris m.	Dilatator = Instrument zur Erweiterung v. Kanälen
diureticus, a, um	harntreibend
dolor oris m.	Schmerz (Dolores oosteocopi – nächtliche Knochenschmerzen)
durus a um	hart (Mater dura – harte Hirnhaut, Mater pia – weiche Hirnhaut)
emplastrum l n.	Pflaster
encephalon i n.	Gehirn
evacuare	(ent)leeren (Evakuieren = Absaugen der Luft aus Apparaten mit der Vakuumpumpe)
explorare	erkunden, ausforschen (Exploration – Untersuchung)
extensio onis f.	Strecken (Extension =kuenstl. Streckung der Wirbelsäule)

extensor oris m.	Strecke (extensor carpi radialis longus ; extensor carpi radialis brevis; extensor carpi ulnaris; extensor digitorum; extensor digiti minimi; extensor pollicis longus ; extensor indicis)
externus, a, um	äußerlich
extremitas atis f.	Rand, Äußerste, „Extremität“
exulcerare	zum Eitern bringen (Exulceration = Bildg. e-s Geschwürs)
febris is f.	Fieber (Antifebrilia remedia – Fiebermittel)
femur oris n.	Oberschenkel(knochen)
fibra, ae f.	Faser (Fibrillen= feine Fasern im Gewebe)
fibrosus, a, um	faserreich
flexio onis f.	Beugung
flexor oris m.	Beuger (Musculus flexor carpi – Handbeugemuskel)
foramen inis n.	Loch, Öffnung (F. vertebrale – Loch zw. Corpus u. Arcus vertebralis zur Aufnahme des Rückenmarks; F. obturatum – Öffnung am Hüftbein)
fortis e	stark (forte bei Arzneien = starke Dosis)
fovea ae f.	Grube (F. capitis femoris – Grube des Oberschenkelbeinkopfes)
fractura ae f.	Bruch
frequens ntis	häufig (frequenter Puls)
functio onis f.	Funktion (F. laesa – gestörte Funktionstätigkeit)
ganglion i n.	Überbein; Nervenknötchen
gangliosus, a, um	ganglienreich
gargarizare	gurgeln (Gargarisma – Gurgelmittel)
gravis, e	schwer (Gravida – Schwangere)
gutta ae f.	Tropfen (Abkürzung: „gtt.“ = (guttae)Tropfen)
habitus us m.	Haltung (Hab. apoplecticus – gedrungener Bau m. kurzem Hals; habituell – gewohnheitsmäßig)
hallux ucis m.	gr. Zehe (Musculus adductor hallucis –Großzehenanzieher)
herba ae f.	Kraut
horror oris m.	Schauder; Schüttelfrost
ictus us m.	Schlag (l. apoplecticus – Gehirnschlag)
imbecillitas atis f.	Schwäche (Imbezillität = angeborener o. früh erworbener Schwachsinn)
incisura ae f.	Einschnitt
indicare	anzeigen (Indikator – chem. Substanz, die etwas anzeigt; Indikation – Heilanzeigen)
inflammatio onis f.	Entzündung (l. herniae - Bruchentzündung)
infra	unterhalb
initium i n.	Anfang (Initialdelirien – Delirien zu Beginn einer Krankheit)
insertio onis f.	Ansatzpunkt (l. cordae umbilicalis – Anheftung der Nabelschnur an der Plazenta)
inter	zwischen
intercarpeus, a, um	zwischen den 2 Knochenreihen der Handwurzel liegend
internus, a, um	nach innen gelegen
introductio onis f.	Einführung
iunctura ae f.	Verbindung
lac, lactis n	Milch (Laktose=Milchzucker; Laktation = Milchabsonderung)
laesio onis f.	Verletzung (Läsion = Störung der Funktion)
latus eris n.	Seite (kollateral – auf derselben Seite des Körpers)

	feindlich)
lavare	waschen, baden (Lavapedium – Fußbad)
letalis e	tödlich
levatio onis f.	Heben
levator oris m.	Heber (Levator scapulae – Schulterblattheber)
linea ae f.	Linie (Linea alba – weiße Linie gegenüber der Wirbelsäule)
locus i m.	Ort, Stelle (Lokalisation – Beschränkung auf eine Stelle)
longus, a, um	lang, chronisch
malignus, a, um	bösartig
malus, a, um	schlecht
mamma ae f.	Brust(drüse) (Mammakarzinom – Brustkrebs)
mandere	kauen (Mandibula – Unterkiefer)
mater, matris f.	Mutter (Dura mater – harte Hirnhaut)
maturus, a, um	reif, zeitig (Maturitas praecox – vorzeitige Reife)
medicamen inis n.	Heilmittel, Medikament
medicamentum, i n.	Heilmittel
medicatus, a, um	heilkräftig
medicus, i m.	Arzt
medius, a, um	in der Mitte befindlich
medulla, ae f.	Mark
membrana ae f	Haut (M. tympani – Trommelfell)
meninx, ingis f	Hirn-, Rückenmarkhaut (Meningitis – Hirnhautentzündung)
mixtura ae f.	Mischung
mixtus a um	gemischt
mollis e	weich (Palatum molle – weicher Gaumen)
morbis, i m.	Krankheit
moribundus, a, um	im Sterben liegend
mucus i m.	Schleim (muköse Drüsen – Schleim bereitende, tubulöse Drüsen)
musculus, i m.	Muskel (eig. Mäuschen)
nasus i m.	Nase (Cavum nasi – Nasenhöhle; Nasopharynx – Nasenrachenraum)
nervinus, a, um	beruhigend, Nerven- (Nervina remedia - Nervenheilmittel)
nervus, i m.	Sehne, Nerv
nucleus, i m.	Kern
nullus, a, um	kein (Nullipara – Frau, die noch kein Kind bekommen hat)
nutricius, a, um	säugend (Nutritionsstörung = Ernährungsstörung)
obturare	verstopfen (Obturatio – Verstopfung von Gefäßen o. des Darmes)
occipitium i n.	Hinterhaupt (Okzipitalneuralgie – Schmerzen im Hinterhaupt)
oculus, i m.	Auge
oesophagus, i m.	Speiseröhre
oleum i n.	Öl (Oleum olivarum – Olivenöl)
ophthalmologus i m.	Augenarzt
orbita, ae f.	Kreislauf; Augenhöhle
organon i n.	Organ
os oris n.	Mund, Gesicht, Öffnung, Eingang (peroral = durch den Mund)
os ossis n.	Knochen (Os sacrum – Kreuzbein)
ovum i n	Ei
paediater, -tri m.	Kinderarzt
palpare	betasten (Palpation – Untersuchung durch Betastung)

palpebra ae f.	Augelid, Pl.: Wimpern
pasta ae f.	Brotteig; Paste (pastös – aufgeschwemmt)
patella ae f.	Platte, Kniescheibe (Patellarreflex – Reflex durch Schlag des Hammers auf die Kniescheibe)
pectus oris n.	Brust (P. carinatum – Hühnerbrust; Pectoralfremitus = Vibrieren der Thoraxwand beim Sprechen; expektorieren = auswerfen von Sputum)
percutere –io, -cussi, -cussum	schlagen, stoßen, abklopfen (Perkussion – Abklopfen der Körperoberfläche)
perniciosus, a, um	gefährlich
pes pedis m.	Fuß (Pes arcuatus – Hohlfuß)
pilus i m.	Haar (Bulbus pili – Haarzwiebel)
pinguis e	fett (Pinguicula – Lidspaltenfleck – fettähnlich aussehende Verdickung der Bindehaut)
planta ae f.	Fußsohle
plica ae f.	Falte (Plicae transversae – querliegende Falten im Rektum)
pollex icis m.	Daumen ; gr. Zehe (Musculus flexor pollicis longus – langer Daumenbeuger)
post	nach
proximus, a, um	nächste (proximal gelegen – näher zum Rumpf gelegen)
pulmo onis m	Lunge (Pulmonalembolie – Verstopfung der Lungenschlagader)
pulpa, ae f.	(Frucht)Fleisch; Füllgewebe in den Zähnen
pulposus, a, um	aus weicher Masse bestehend
purulentus, a, um	eitrig
pustula ae f.	Hautbläschen, Pustel (Pustula maligna – Milzbrandpustel)
pylorus i m.	Pförtner, Magenausgang
quantus a um	wie groß (Quantimeter – Instrument zur Dosierung der Röntgenstrahlenmenge)
quartus a um	vierte (Ventriculus quartus – der 4. Hirnventrikel)
r(a)aphe, es f.	Naht (Rhaphe palati duri = Naht des harten Gaumens)
radialis, e	zum Radius gehörig (Radialislähmung – Lähmung des Nervus radialis)
radix icis f.	Wurzel (Radix linguae – Zungenwurzel)
rectum i n.	Mastdarm (rektale Narkose = Darmnarkose)
rectum, i n.	Mastdarm
rectus, a, um	richtig, gerade
ren renis m.	Niere (R. mobilis – Wanderniere)
rubor, ruboris m.	Röte (Rubor- entzündliche Hautröte)
sacer, sacra, um	heilig (Os sacrum – Kreuzbein)
sanguis inis m.	Blut (Sanguinattest = Testserum zur Blutgruppenbestimmung)
sanitas atis f.	Gesundheit
scapula,ae f.	Schulterblatt
secare	abschneiden, sezieren
semen inis n.	Same (Insemination= künstl. Befruchtung)
sensus us m.	Sinn, Empfindung (Organa sensuum – Sinnesorgane)
sinister, sinistra, sinistrum	links (Sinistropositio – Lage der Gebärmutter auf der li. Seite)
situs us m.	Lage, Stellung (Situs inversus viscerum – Umkehrung der normalen Lage der Eingeweide)
spina ae f.	Dorn, Gräte, Rückgrat
sputum i n.	Speichel, Auswurf (Sputum crudum – schleimig-

	eitriger Auswurf)
stomachus, l m.	Schlund, Speiseröhre, Luftröhre, Magen
sub	unter (subkortikal – unterhalb der Gehirnrinde liegend)
sucus i m.	Saft
sudare	schwitzen (Exsudat – krankhafte Ausschwitzung; Sudamina – Schweißbläschen)
sudor oris m.	Schweiß
sugere	saugen (Suktion = Ansaugen weicher Starmasse durch eine Spritze)
sulcus i m.	Furche (S. arteriosi – Gefäßfurchen)
super	oben (Superficies – Oberfläche)
supercilium, i n.	Augenbraue
suppositorium i n.	(Stuhl)zäpfchen (Abkürzung: Supp.)
supra	oberhalb
sura ae f	Wade
tabuleta ae f.	Tablette
tectum i n.	Dach (T. = Mittelhirndach)
tela ae f.	Gewebe(schicht)
temporalis, e	zu den Schläfen gehörig (Regio temporalis – Schläfengegend)
tempus oris n.	Zeit (temporäre Resektion = nur best. Zeit dauernde Resektion)
tendo inis m.	Sehne (Tendinitis = Sehnenentzündung)
tensio onis f.	Spannung (Tension – Ausdehnung v. Gasen)
tensor oris m.	Spanner (Kontraktion des Schenkelspanners (Musculus tensor fasciae latae) bei Bestreichen der Fußsohle)
tenuis e	dünn (Intestinum tenue – Dünndarm)
terere, Part. tritum	zerreiben (Trituration = feine Pulverisierung)
thoracius, a, um	zum Thorax (Brustkorb) gehörig
tolerare	ertragen, aushalten (Toleranzstadium = Stufe der vollkommenen Narkose)
tonsilla ae f.	Mandel (Tonsillarabszess = Mandelabszess)
totus a um	ganz (Totalextirpation – völlige operative Entfernung)
trachea ae f.	Luftröhre (Trachäotomie=Luftröhrenschnitt)
trans	jenseits
transversus, a, um	querliegend
trepanum i n.	Schädelbohrer
truncus aortae	Aortenstamm
truncus, i m.	(Baum)stamm, Rumpf
tuberositas atis f.	Höcker (T. tibiae = rauer Höcker am oberen Ende des Schienbeins)
tumere eo	geschwollen sein
tumor oris m	Geschwulst, Tumor
tunica ae f.	Gewebeschicht
tussis is f.	Husten (T. nervosa – trockener, heftiger Husten)
ulcus eris n.	Geschwür (U. ventriculi – Magengeschwür)
unguentum i n.	Salbe (Abkürzung: Ung.)
urina ae f.	Urin
vacuus, a, um	leer (Vakuolen = pflanzenspezifische membranumschlossene Räume, in denen verschiedene Stoffe gespeichert werden können und enzymatische Abbauvorgänge stattfinden.)
vapor oris m.	Dampf
vasa orum n.	Gefäße (Vasa vasorum – Gefäße der Gefäße = kleinere G., die in der Wand größerer Arterien

	sind und diese von außen ernähren)
vena ae f.	Vene
venter ventris m.	Unterleib
ventriculus cerebri	Gehirnkammer
ventriculus, l m.	Herzkammer
vertebra, ae f.	Gelenk, Wirbel
vesica ae f.	(Harn)blase (V. fellea – Gallenblase)
virus, i n.	Gift(stoff), Virus
vis f.	Kraft (Vis a ventre/ tergo – Kraft, die von vorn/ hinten wirkt)
viscus eris n.	Eingeweide (Viszeralneuralgie – neuralgische Schmerzen in den inneren Organen)
vita ae f.	Leben
vulnus eris n.	Wunde (Vulnerabilität = Verletzbarkeit, z.B. oberflächlich gelegener Gefäße oder Organe)



Hab' / Haben Sie bitte Verständnis dafür, dass ein Pensionär immer noch für Latein schuffet, aber nicht mehr so viele Stunden wie ehemals als aktiver Lehrer. Langsam sollen die Lücken oben aufgefüllt werden.